J. Stipišić–M. Šamšalović

# ISPRAVE U ARHIVU JUGOSLAVENSKE AKADEMIJE

*(Nastavak – do smrti kralja Vladislava II)*

3149 D-XVIII-2 Budae 28. IV. 1490. Johannes de Niley, archidiaconus Budensis et canonicus Wesprimensis et legatus apostolicus commissarius, plebanis dioecesis Zagrabiensis mandat, ut vicepalatinum Ladislaum de Gereben, viceprotonotarium Petrum de Gwdowch, Michaelem Kerchen de Belesewch vicebanum, Iohannem Hennyng de Zumzedwara, arbitros in causa ab episcopo Zagrabiensi Oswaldo contra Stephanum Chwpor de Monozlo de testamento eius fratris Valentini, plebani de Monozlo, mota sub poena excommunicationis admoneant, ut arbitrium ferant. Ex nota dd. 27. V. 1490. tergo adscripta Ladislaum vicepalatinum et Petrum viceprotonotarium se culpa vacare demostravisse apparet. Or.

3150 D-XVIII-3 In Gwdowcz 4. V. 1490. Ladizlaus de Egerwara banus capitulo Chasmensi praecipit, ut Iohannem, filium qd. Petri de Vrbanoucz, in dominium possessionis Bochkafelde introducat. Tr. 27. V. 1490.

3151 D-XVIII-3 Chasmae 27. V. 1490. Capitulum Chasmense a bano Ladislao de Egerwara 4. V. 1490. iussum testatur se Iohannem, filium qd. Petri de Vrbanoucz in dominium possessionis Bochkafelde (com. Crisiensis) titulo novae donationis 12. V. 1490. introduxisse. Or. P.

3152 D-XVIII-4 (Zagrabiae) 14. VI. 1490. Mathko, filius qd. Martini sartoris de Sztenichnyak, possessionem Blatnicza penes fluvium Kuppa (com. Zagrab.) sitam magistro Nicolao, canonico Zagrabiensi, eiusque fratri Bartholomeo, filiis Georgii de Bucha, coram capitulo Zagrabiensi inscribit. Cop. vid. saec. XVIII.

3153 D-XVIII-5 In Lukauecz 21. VI. 1490. Mon. Tur. II 70, nr. 54.

3154 DC-I-10 In Skurina 29. VI. 1490. Š. 340, nr. 229.

3155 Privil. 54 Prope villam Farkashyda 31. VII. 1490. Kuk. Iura reg. II 223, nr. 151. Cop. vid. 1832.

3156 D-XVIII-6 Zagrabiae 9. VIII. 1490. Mon. Zg. II 476, nr. 355.

3157 D-XVIII-7 (Chasmae) 1. IX. 1490. Stephanus, filius viceprotonotarii regni Sclavoniae magistri Petri de Gwdowcz, per procuratorem intercessionem facit coram capitulo Chasmensi contra banum Ladislaum de Egerwara, qui 20. VIII. 1490. patrem suum Petrum ceperit nec prius dimiserit, quam Petrus castrum Gorbonok, quod pignoris titulo possidebat, bano dimiserit. Or.

3158 D-XVI-68 (Chasmae) Cca 21. IX. 1490. Capitulum Chasmense fatetur se possessionem Aladaryowcz Philippo litterato de Bwsthyncz eiusque sociis pignoris titulo tradidisse. Tr. per summa capita 1. V. 1496.

3159 D-XVIII-90 Budae 10. X. 1490. Ladislaus rex Iohanni Corvino bona Petri de Pok regi ob notam infidelitatis, quod partes Maximiliani regis secutus est, devoluta confert. Cop. moderna.

3160 XX-2/11 (elen) nr. 242. 1490. Catherina vidua ..... occupationem castelli Gorbonok a bano Ladislao de Egerwara factam iuridice prohibet. Regestum.

3161 D-XVIII-8 (Chasmae) 5. III. 1491. Capitulum Chasmense testatur Andream Both de Bayna, capitaneum castri Medwe, et 42 nobiles pro se et aliis nobilibus districtus castri Maioris Kemlek – cum ob metum Alemanorum, qui tunc Chasmae erant, illuc venire nequierint – coram tribus canonicis eiusdem capituli in civitate Montis Grecensis pridie hoc constituisse: si litterae privilegiales, quas dicti nobiles quam primum in iudicium allaturi sint, ratae et firmae extiterint, eos liberos modo ceterorum nobilium fore, si autem irritae et vanae, tunc castro Maioris Kemlek subiectos fore, sed nullo novo onere praeter ea, quae intus enumerantur, aggravari posse, sed curias eorum liberas esse. Adiecta est »glossa« de iuribus et privilegiis nobilium castri Marioris Kemlek. Cop. saec. XIX. = Tr. per summa capita 13. XI. 1492.

3162 D-VIII-9 Zagrabiae 28. III. 1491. Mon. Zg. II 479, nr. 358.

3163 Privil. 55 Budae 4. IV. 1491. Wladislaus rex status et ordines Sclavoniae urget, ut mardurinam modo pristino solvant. Cop. vid. 1832.

3164 Privil. 56 Budae 22. IV. 1491. Cop. vid. 1832. Kuk. Iura reg. I 227, nr. 152 (falso 16. IV. 1491.).

3165-DXVIII-79 In Lwkawecz 20. VI. 1491. Mon. Tur. II 74, nr. 57.

3166 D-XVIII-10 (Chasmae) 28. VIII. 1491. Petrus Bochkay de Razinya, magister Petrus de Gudowcz, regni Sclavoniae protonotarius, Philippus litteratus, Elias et Georgius de Bwsthyncz per procuratorem Paulum litteratum de Morawcz-Zenth-Peter coram capitulo Chasmensi intercessionem faciunt contra Oswaldum episcopum Zagrabiensem, qui eorum possessiones Razinya Kerezthwr et Zenth-Leryncz, item Gudowcz, Bwechyncz, Plawnycza-Zenth-Benedek, Jakozerdahel et Milethyncz, item Bwsthyncz, Koren werh et Mathewsowcz a rege Wladislao impetravit et sibi donari procuravit. Or.

3167 DV-I-125 Jadrae 1. IX. 1941. Stefanus qd. Petri Butchovich de Pismano bona qd. fratris Mathei, a camera armamenti pro »falito« in officio remigii 60 libris parvorum condemnati, presbytero Cvitano Sosich, parochiano in insula Pismano, vendit et eam summam Tomasio Nalisich de Jadra, qui illam multam persolvit, cedit. Or. cum signo not. P.

3168 D-XVIII-93 In civitate Montis Graecensis 8. IX. 1491. Johannes Corvinus, Sclavoniae ac Lipthoviae dux, Anthonio Peky, castellano castri Rokolnok, cives oppidi Rokolnok in antiquo eorundem privilegio de solutione quattuor denariorum Viennensium a qualibet integra sessione loco solutionis decimae frugum et bladorum conservari iubet. Or.

3169 DV-I-126 Romae ... XI. 1491. Bartholomeus de Tyralatiis Patavinus, camerarius cardinalis s. Mariae in Porticu et rector seu plebanus s. Mariae de Poyana plebis Vicentiensis, Petrum de Brutis, episcopum Catarensem, procuratorem suum in causa matrimonii sororis suae Johannae cum Dionisio de Ouetariis con-

trahendi et in omnibus suis bonis pro solutione dotis permittendis et hypothecandis constituit. Or. P.

3170 DV-I-127 Arbi 17. XII. 1491. Franciscus Zannini, Arbi comes, in causa canonici Damiani Spalatini, procuratoris capituli Arbensis, Ioannis de Dominis, procuratoris ecclesiae cathedralis Arbensis, Christofori Alnicich, locatoris introituum dictae ecclesiae contra Antonium et Laurentium Palcich, Matheum Jadrolich, Petrum Palcich et Cressilum Dunanich de decimis terrenorum dictis ecclesiis non persolutis, contumaces condemnat. Or. P.

3171 D-XVIII-11 In civitate Montis Grecensis 19. XII. 1491. Mon. Zg. II 481, nr. 360.

3172 D-XVIII-12 Cristi 18. I. 1492. Georgius, filius qd. Benedicti de Prizechnafew, vineam in promuntorio Ebre Nicolao, filio qd. Laurentii Gudenycz de Chunowcz, genero qd. Pauli litterati de Fynchowcz eiusque uxori Barbarae coram Georgio de Praschowcz, iudice nobilium comitatus Crisiensis, vendit. Or. P.

3173 B II N° 7 18. I. 1492. Privilegia ac litterae ex annis 1441. et 1456. observari iubentur. E libello decretorum ducis Venetiarum.

3174 D-II-8 (Zagrabiae) 9. II. 1492. Capitulum Zagrabiense ab Andrea presbytero de Kreschich rogatum privilegia fratribus Kres, Kupissa, Raak a Bela rege 7. X. 1264. concessa et a Ludovico rege 18. V. 1364. approbata transumit. Tr. 16. V. 1637.

3175 D-XVIII-13 Budae 7. III. 1492. Wladislaus rex Stephano Prwsych de Rakolnok possessiones Prybych, Zthermecz, Nowaczy, Malydol, Zwersewo, Prekrysye, quae ob defectum seminis Pauli Baxych et Bernardi, filii Michaelis Baxych, ad regem devolutae sunt, insuper eius bona hereditaria donat. Or. P.

3176 D-XVIII-14 (Budae) 22. III. 1492. Stephanus, Antonius, Petrus, filii qd. Francisci Ketzer de Radwan, coram capitulo Budensi instrumenta litteralia de possessionbus Radwan, Rithfalw, Wylakcha, Zenthmyhal, Bodolo (com. Baranya), quas Emerico et Francisco Ketzer, filiis qd. Johannis litterati de Radwan, vendiderunt, cum ea tradere non potuerint, cassa declarant. Or.

3177 D-XVIII-17 Budae 9. IV. 1492. Wladislaus rex capitulo Chasmensi praecipit, ut Petrum Bochkay de Razinya in dominium castellorum Gudowcz et Oresya introducat. Tr. 4. V. 1492.

3178 B-II Var-41 Venetiis 11. IV. 1492. Augustinus Barbadico, dux Venetiarum, Marco Pizzamano, comiti Tragurii, mandat, ut Mattheus Dragazzo et Petrus Staphilich, populares mercanturam exercentes, aeque ac ceteri pauperes populares, omnia servitia publica praestent. Cop.

3179 D-XVIII-87 In Gudoucz 25. IV. 1492. Ioannes Werych de Zadrowcz omnia iura in possessionibus Macho et Gerethyncz (com. Warasdiensis) Georgio Golecz de Zwtezka coram bano Ladizlao de Egerwara ea condicione donat, ut ea, si Georgius sine prole vita decedat ad se suosque redeant. Or. P. = Tr. 14. II. 1571.

3180 D-X-76 Budae 1. V. 1492. Wladislaus rex litteras Mathiae regis de privilegiis Sigismundo, episcopo Quinqueecclesiensi, eiusque fratri Johanni Ernusth collatis dd. 10. IV. 1486. transumit et confirmat. Tr. 29. VIII. 1495.

3181 D-XVIII-16 Budae 2. V. 1492. Wladislaus rex Iacobo Orsych de Goryeza praedium Rassa (com. Zagrab.), quod ob defectum seminis Iohannis et Michaelis Olasz ad regem devolutum est, donat. Or. P.

3182 D-XVII-84 Budae 4. V. 1492. Wladislaus rex litteras Mathiae regis dd. 6. XI. 1486., quibus idem castra Chakthornya et Zthrigow Sigismundo, episcopo Quinqueecclesiensi, adiudicavit, transumit et confirmat. A tergo notae lingua Croatica a. 1709. et 1710. conscriptae de quibusdam expensis. Or. P.

3183 D-XVIII-17 (Chasmae) 4. V. 1942. Capitulum Chasmense testatur se a Wladislao rege 9. IV. 1492. iussum Petrum Bochkay de Razinya in dominium castellorum Gudowcz et Oresya alio nomine Bwcchincz atque aliarum portionum magistri Petri de Gudowcz eiusque filii Stephani in comitatu Crisiensi sitarum et Petro Bochkay impigneratarum introduxisse Or.

3184 D-XVIII-18 Budae 24. V. 1492. Wladislaus rex Benedicto Borsway et futuris directoribus causarum regis praecipit, ut causas Sigismundi, episcopi Quinqueecclesiensis, eiusque fratris Iohannis Ernusth de Chakthornya, quae de castro Zenthgyerghwara, tribus oppidis, duobus castellis et 109 villis intus nominatis et in com. Crisiensi sitis motae sint, tamquam causas regis defendant, quod iis Mathias rex promiserat. Or. P.

3185 D-XVIII-19 (Zagrabiae) 5. VI. 1492. Capitulum Zagrabiense Wladislao regi nuntiat, cum Petrus Bochkay de Razynya-Kereztħur iuxta mandatum comitis Stephani de Bathor, iudicis curiae regiae, in dominium castelli Kwathyarowcz 17. V. 1492. introductus sit et ei statutioni nemo contradixerit, Petrum Mykchez de Czirquenna, Katharinam filiam qd. Gregorii Woksych de Kamenna, Sophiam filiam qd. Damiani Bani, Andream Brythwych de s. Dionisio post legitimum terminum ei statutioni contradixisse, quare eos a se in ius coram rege vocatos esse. Or. laesum.

3186 D-XVIII-20 (Chasmae) 27. VI. 1492. Stephanus Chupor de Monozla portionem in possessione Ramachawelghye a suisque genitoribus vi occupatam domino Paulo, filio Emerici de Rauen, propter multa servitia bello Almanorum sibi praestita, coram capitulo Chasmensi restituit. Or. P.

3187 D-XV-89 Zagrabiae 6. VII. 1492. Iohannes Corvinus banus transumit et confirmat litteras Iohannis Twz de Lak dd. 19. XI. 1474., quibus idem Laurentio, filio qd. Dominici Cerkowych de Glawnicza, quaedam privilegia concedit. Or. P.

3188 D-XVIII-32 In civitate Montis Grechensis 16. VII. 1492. Mon. Tur. II 84, nr. 64.

3189 DV-I-128 Jadrae 17. VIII. 1492. Joannes de Mathafaris qd. Lodovici Jacobo et Simoni, fratribus de Pechiario qd. Nadalini, »quarteria« tria possessionis Sornum dictae in villa Lemissane 300 ducatis auri coram Jacobo de Galellis, consiliario Lodovici Lauredano, comitis Jadrae, vendit. Or. cum signo not. P.

3190 D-XVIII-21 (Zagrabiae) 22. VII. 1492. Iohannes Bewenywd de Zkrad eiusque patrueles Thomas ac Nicolaus procuratores intus nominatos in omnibus causis suis coram capitulo Zagrabiensi constituunt. Or.

3191 D-XVIII-26 Budae 4. X. 1492. Ladislaus rex conventui Cruciferorum ord. s. Johannis Hierosolymitani, domus hospitalis eccl. regis Stephani de Alba, mandat, ut Sigismundum, episcopum Quinqeecclesiensem, eiusque fratrem Iohannem Ernusth de Chakthornya in dominium possessionis Chapolowcz (com. Cris.) introducat. Tr. 4. XI. 1492.

3192 D-XVIII-22 Crisii 6. X. 1492. Judices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Lucae Horwath de Egywodowcz et Dorotheae, filiae Simonis de Egyudowcz, facta apparere viceprotonotarium Petrum de Gudowcz anno 1490. in domum Lucae irruisse eumque cepisse. Or mancum = Regestum XXI – 2/11 (elen. 1.), nr. 554.

3193 D-XVIII-23 In Gwdowcz 13. X. 1492. Petrus Mykchecz de Cirquena procuratores intus nominatos in omnibus suis causis coram bano Ladislao de Egerwara constituit. Or.

3194 D-XVIII-24 In Lukauecz 15. X. 1492. Mon. Tur. II 91, nr. 69.

3195 D-XVIII-25 Segniae 19. X. 1492. Emericus Derencheni, capitaneus Segniensis et comes castrorum Medwe et Rakonok, fatetur se a nobili Iohanne de Iadra, iudice civitatis Segniensis, et eius iuratis 120 flor. accepisse, quos florenos se intra unum mensem redditurum esse promittit. Or.

3196 D-XVIII-26 Albae 4. XI. 1492. Conventus Cruciferorum de Alba a Ladislao rege 4. X. 1492. iussum testatur se Sigismundum, episcopum Quinqueecclesiensem, eiusque fratrem Iohannem Ernusth de Chakthornya in dominium possessionis Chapolowcz (com. Cris.) introduxisse. Or. P. = Regestum Id 170, sub T (:Topolovecz).

3197 D-XVIII-27 In Klichevacz 12. XI. 1492. Karolus, filius Karoli, comes Corbaviae, et Iwan, filius eiusdem Karoli, ab Johanne, filio qd. Pauli Pawlowich de Karyna (com. Lwke) rogati confirmant litteras ab eo praesentatas – binas Matthiae regis, tertias capituli Tininiensis, quibus villa Boyscha in districtu castri Klychewacz (com. Lwke) Johanni donata est, officiis Johannis in acquirendo castro Klychewacz visis, quamquam post mortem Johannis, comitis Corbaviae, ea villa in se condescendere debebat. Nota a tergo et sigillum »nostrum, quo utimur .... appensum« litteris Glagoliticis inscripta sunt. Or. P. S.

3198 D-XVIII-86 Budae 13. XI. 1492. Comes Stephanus de Bathor, iudex curiae regiae, in causa nobilium in et sub districtu castri Maioris Kemlek contra Andream Both de Bayna, comitem et castellanum eiusdem castri, mota sententiam fert, qua dictis nobilibus eadem iura, quae eis Sigismundus rex a. 1430. contulit, sancit. Citantur litterae: Mathiae regis dd. 11. III. 1466., Matthiae regis dd. 3. V. 1472., Ulrici, Ciliae comitis, dd. 18. X. 1449., Sigismundi regis dd. 23. VII. 1405., Matthiae regis dd. 10. V. 1489. et capituli Zagrabiensis dd. 5. III. 1491. Tr. 6. II. 1526. = Tr. 24. VI. 1614.

3199 D-XVIII-30 In Gwdowcb 21. XI. 1492. Banus Ladislaus de Egerwara capitulo Chasmensi mandat, ut Paulum de Rawen in dominium portionum in possessione Romachowelghe introducat. Tr. 14. XII. 1492.

3200 D-XVIII-85 Budae 22. XI. 1492. In causa familae Ketzer de Zekwdwar contra Albertum Kwthe de Kewthegyan de bonis Zekwdwar, Kwthos et Macho in comitatu de Zarand Wladislaus rex multis litteris inter annos 1452. et 1480. editis visis sententiam fert, qua Albertus Kwthe, cuius vindiciae eorundem bonorum reiciuntur, iura pignoris 432 flor. auri obtinet. Tr. 12. XI. 1507.

3201 D-XVIII-28 (Chasmae) 28. XI. 1492. Magister Iohannes de Cherzthwecz, Ulricus de Farkadin, gener qd. magistri Clementis de Paulowcz, et Stephanus, filius Georgii litterati Kusycza de Hrassthyan, coram capitulo Chasmensi Petrum de Gudowcz, viceprotonotarium regni Sclavoniae, expeditum declarant, quod litteras de possessionibus Hrassthyan, Wehowlyan, Lezkowycza, Brezthowycza, Sthernycza, Cherzthweczfew, Sumechez et Krog a qd. magistro Clemente acceptas restituerit et Ulrico centum flor. ei socero legatos persolverit. Or.

3202 D-XVIII-29 Simigii 9. XII. 1492. Mon. Zg. II 486, nr. 365.

3203 D-XVIII-30 (Chasmae) 14. XII. 1492. Capitulum Chasmense a bano Ladislao de Egerwara 21. XI. 1492. iussum testatur se Paulum de Rawen in dominium portionum in possessione Romachowelghe introduxisse. Or. P.

3204 D-XVIII-91 Budae 1. I. 1493. Wladislaus rex Thomae, episcopo Iauriensi, eiusque fratri Nicolao Bakocz de Erdewd castrum Iarwaskew et oppidum Monozlo aliaque bona olim Stephani Chwpor de Monozlo ob defectum seminis ad regem devoluta, in comitatibus Crisiensi et Zagrabiensi sita, confert. Cop. moderna aliaeque duae s. XVIII. sed breves et ratae.

3205 D-XVIII-31 Crisii 12. I. 1493. Iohannes, filius qd. Iacobi Thwn de Wizoka, tertiam partem suae possessionis in Lukachewch alio nomine Reka Georgio, filio qd. Francisci de Pathak, sex flor. coram Georgio de Praschewch, iudice nobilium com. Crisiensis, vendit. Or.

3206 D-XVIII-32 Budae 20. I. 1493. Mon. Tur. II 94, nr. 71.

3207 D-XVI-67 Budae 20. I. 1493. Vladislaus rex pactum inter Balthasarem de Mikchowcz et fratres Horwath et Bucha 18. II. 1481. initum confirmat, Cop. saec. XVIII., male descripta.

3208 D-XI-88 Budae 26. I. 1493. Ladislaus rex bano, vicebano, protonotario palatini etc. praecipit, ut tutores filiorum Gregorii de Bradach in iudicium admittantur. Tr. 17. I. 1513.

3209 D-XVIII-33 Crisii 30. I. 1493. Emericus de Rawen totam suam portionem in possessione Orehoucz (com. Cris.) Petro Mykchecz de Cirquena 15 flor. auri coram bano Ladislao de Egerwara pignori obligat. Or.

3210 I d 12, elen. IV, p. 29 I. 1493. Sententia, qua Antonius Zekel et eius uxor Catharina, filia Gaspari de Zajezda, in crimen violentae occupationis possessionum Dolaincz, Ebres, Szent-Illia vocati, absolvuntur, ad curiam regiam transmittitur. Regestum.

3211 D-XVIII-82 Budae 1. II. 1493. Ladislaus rex capitulo Tininiensi mandat, ut omnes nobiles, qui quaedam bona illegitime occupaverint, in ius evocet. Tr. 22. VII. 1497.

3212 D-XVIII-43 Budae 1. II. 1493. Stephanus de Bathor, iudex curiae regiae, capitulo Iauriensi praecipit, ut Petrum et Antonium de Pok, qui indebite castrum Sclabina possident, in ius evocet. Tr. 22. III. 1493.

3213 D-XVIII-34 Crisii 4. II. 1493. Cum Benedictus litteratus de Pathak questus sit Georgium, filium qd. Francisci, nonnullas litteras de possessionibus Pathak et Radessowcz, quas ante circiter 10 annos Turcas fugiens ei commiserit, sibi reddere nolle, immo vero quasdam de pignore quodam combussisse, banus Ladislaus de Egerwara iudicat Georgium 12 se nobilibus eo crimine iuramento purgare debere. Or.

3214 D-XVIII-35 Crisii 4. II. 1493. Banus Ladislaus de Egerwara ad rogatum Stephani, filii qd. Antonii Puzych de Rokonok, testatur neque Georgium Castellanfy de Zenthlelek neque eius matrem et sororem neque Sophiam, uxorem Iohannis Pezery, in quam mortuo Georgio de Thurocz causa est condescensa, in iudicio comparuisse, ut rationem contradictionis statutioni in possessionibus Wyhel-Zenth-Peter et Bykzad redderent. Or.

3215-D-XVIII-36-38 Budae 6. II. 1493. (3 exemplaria). Mon. Zg. II 490, nr. 369.

3216 D-XVIII-19 Crisii 7. II. 1493. Banus Ladislaus de Egerwara Blasio Budor de Budrowcz testatur Stephanum Was de Thybonyncz in iudicio non comparuisse, ut rationem de factis in litteris bani et capituli Chasmensis contentis redderet. Or.

3217 D-XVIII-44 Crisii 7. II. 1493. Ladislaus de Egerwara banus capitulo Chasmensi praecipit, ut Petrum Bochkay de Razinya-Kereztbur et Stephanum, filium Petri de Gwdowcz, in dominium quarundam portionum introducat. Tr. 24. III. 1493.

3218 D-XVIII-40 Crisii 7. II. 1493. In causa Georgii Castellanfy de Zenthlelek, qui questus est Barbaram, viduam Wok, despoti Rassyae, per homines ad castrum Feyerkw pertinentes anno 1488. septingentas quercus e Georgii silva Rosechnyk prope Zawam (com. Cris.) succidi et a. 1492. Georgii iobagiones in villis Rosechnyk et Komoryn mulcari eisque plus 40 flor. rapi fecisse banus Ladislaus de Egerwara sententiam fert, ut Barbara 25. se nobilibus iureiurando se purget. E nota tergo adscripta atque e documento dd. 19. VIII. 1493. apparet Barbaram ad iurandum non venisse. Or.

3219 D-XVIII-41 Crisii 9. II. 1493. Banus Ladislaus de Egerwara duas sessiones iobagionales qd. Stephani litterati de Pathak, quas Valentinus plebanus s. Crucis de Crisio illegitime occupavit, huius successori plebano Iohanni sententia lata abrogat et capitulo Chasmensi mandat, ut eas Martino de Erdewcz, heredi dicti Stephani, restituat. Or.

3220 D-XVIII-42 Zagrabiae 15. II. 1493. Stephanus de Zapolya capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Stephanum Pwzych in dominium quarundam possessionum introducat. Tr. 7. III. 1493.

3221 DV-I-129 Sibenici 25. II. 1493. Michael Sostarich, molendinarius de Sibenico, se Simeoni Difnico nomine Dariae, viduae qd. Jacobi Naplauich, libras 44 parvorum cum expensis iuxta aestimationem molendinorum solvere obligat. Or. P.

3222 D-XVIII-78 (Chasmae) 28. II. 1493. Capitulum Chasmense testatur, cum iuxta sententiam bani Ladislai de Egerwara Stephanum, filium magistri Petri de Gwdowcz, in possessiones Petro adiudicatas introducere conatum esset, Georgium, Stephanum, Franciscum, filios Iohannis de Zenche, et Nicolaum, filium Ladislai de eadem, eam introductionem impedivisse. Tr. 17. II. 1495.

3223 D-XVIII-42 (Zagrabiae) 7. III. 1493. Capitulum Zagrabiense bano Ladislao de Egerwara nuntiat Stephanum Pwzych de Rokonok iuxta mandatum palatini Stephani de Zapolya dd. 15. II. 1493. in dominium possessionum Prybych, Zthermecz, Nowachy, Malydol, Zwersewo et Prekrysye, quae qd. Pauli et Bernaldi Baxych fuerunt, a se introductum esse et contradictores Thomam et Nicolaum Forchych in ius evocatos esse. Or.

3224 D-XVIII-43 Iaurii 22. III. 1493. Capitulum Iauriense Wladislao regi nuntiat Petrum et Antonium de Pok, quibus Mathias rex castrum Sclabina in comitatu de Thwrwz eiusque oppida et villas, quae Iohanni Ernusth, thesaurario regis, vi ademerat, viginti annis ante contulit, ad iussum comitis Stephani de Bathor, iudicis curiae regiae, dd. 1. II. 1493. in ius coram rege evocatos esse. Or.

3225 D-XVIII-44 (Chasmae) 24. III. 1493. Capitulum Chasmense bano Ladislao de Egerwara nuntiat statutioni Petri Bochkay de Razinya-Kerezthur et Stephani, filii Petri de Gwdowcz, in dominium portionum qd. Stephani litterati et Petri presbyteri de Hedrihowcz, quam ipse banus 7. II. 1493. fieri iussit, fratrem Leonardum, priorem conventus Eremitarum claustri de Ztreza, contradixisse, quare eum in ius coram bano evocatum esse. Or.

3226 D-XVIII-45 Crisii 26. III. 1493. Iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum magistri Petri de Gudoucz facta apparere Emericum, filium Michaelis, Dorotheam, filiam Grayan, Georgium et Demetrium, iobagiones dicti Petri, a Stephano, filio qd. Iohannis Bochka de Bochthyncz multis rebus spoliatos esse. Or.

3227 D-XVIII-46 (Chasmae) 8. IV. 1493. Stephanus, filius qd. Iohannis Zewld de Hedrihowcz, contradictionem suam contra statutionem Petri Bochkay de Razinya et Stephani, filii magistri Petri de Gudowcz, in dominium portionum qd. Stephani litterati et Petri presbyteri de Hedrihowcz eis a rege Wladislao collatarum coram capitulo Chasmensi annullat et ex converso sex sessiones iobagionales desertas ex heredio obtinet. Or. P. S.

3228 D-XVIII-47 Spalati 11. V. 1497. Rechoe Brixich de Burgo sutor Lucae Vlatcovich, habitatori Spalati, domunculam in burgo penes s. Vitum supra terrenum monialium s. Mariae de Carmello 37 libris denariorum, quarum 17 statim accipit, in cancellaria communis vendit. Or. cum signo not. P.

3229 D-IX-81 (Budae) 21. V. 1493. Capitulum Budense privilegium a Sigismundo rege 8. IX. 1425., claustris fratrum ordinis s. Pauli concessum et a Ladislao rege 15. XII. 1454. et a Mathia rege 14. VI. 1464. confirmatum transumit. Cop. vid. saec. XVIII.

3230 D-XVIII-48 (Zagrabiae) 22. V. 1493. Stephanus Pwczych de Rokonok coram capitulo Zagrabiensi iuridice prohibet, ne Sophia, uxor Iohannis de Pezeryo, suas possessiones Wyhel-Zenth-Peter, Kerthyefalwa, Nowak in Crisiensi, Komynye, Zapredye, Chebyebres in Zagrabiensi comitatu, per compositionem cum Iohanne Thwz de Lak coram eodem capitulo adeptas Georgio Castellanfly de Zenthlelek donet. Or.

3231 D-XVIII-49 Crisii 24. V. 1493. Vicebani Osualdus de Polyan et Michael Kerhen de Belosovcz, comites et iudices Crisienses, a Georgio Castellan de Zenthlilek rogati testantur ex inquisitione facta apparere quosdam iobagiones Georgii Castellan prope Vyhel a Balthasare de Alaph, castellano castelli de Rokonok, spoliatos eisque tres currus et octo boves raptos esse. Or.

3232 D-XVIII-51 (Chasmae) 6. VI. 1493. Agnes, vidua Blasii Zedlarich de Zedlarowcz, coram capitulo Chasmensi intercessionem facit contra Martinum Merth, famulum qd. Iohannis Mikchecz de Czirquena, plebani Crisiensis, qui Agnetis curiam nobilitarem et duas sessiones a se occupatas vendere et impignerare nitatur. Or.

3233 D-XVIII-52 (Chasmae) 13. VII. 1493. Stephanus de Rawen sessionem iobagionalem desertam Keleminowzkozelo cum tota portione iuris montani seu terragii vini in Labasewina alio nomine Beatasewchina in possessione Ramachawelgye (com. Cris.) et proventus molendini in fluvio Gerseneze Paulo, filio Emerici de Rawen, 7 flor. auri coram capitulo Chasmensi pignori obligat. Or.

3234 D-XVIII-53 In Korothna 15. VII. 1493. Palatinus Stephanus de Zapolya capitulo Chasmensi mandat, ut inquirat, num Stephanus Bochka de Bochtyncz triticum et siliginem, quae Georgio Dragouich collocauit, vi messuerit et rapuerit, et agricolas quosdam, inter eos Georgium Gywrek, mulcaverit et spoliaverit, sicut magister Petrus de Gwdowcz detulit. Tr. 22. VII. 1493.

3235 D-XVIII-54 In Gudocz 15. VII. 1493. Banus Ladislaus de Egerwara ad rogatum Georgii Castellanffy de Zenthelek capitulum Chasmense inquirere iubet, num Barbara, vidua Wk despoti, ante quinque annos per homines suos Georgii silvam Lwka in possessione Rosechnyk succidi et pratum Georgii ibidem defalcari fecerit, postremo Benedictum et Ladislaum Krebnewych de Krebnewyna Georgii »clausuram pisciniam« Felse-Rosechka a. 1492. totam depiscari fecerit. Tr. 24. VII. 1493.

3236 D-XVIII-59 In Korothna 15. VII. 1493. Palatinus Stephanus de Zapolya capitulum Zagrabiense inquirere iubet, num Stephanus Bochka de Bochtyncz bovem et vaccam Georgii Gywrek, iobagionis magistri Petri de Gwdowcz, sicut ab hoc delatum est, rapuerit. Tr. 29. VIII. 1493.

3237 D-XVIII-53 (Chasmae) 22. VII. 1493. Capitulum Chasmense bano Ladislao de Egerwara nuntiat ex inquisitione, quam palatinus Stephanus de Zapolya 15. VII. 1493. fieri iussit, facta apparere accusationem Petri de Gudowcz contra Stephanum Bochka de Bochtyncz veram esse. Or.

3238 D-XVIII-54 (Chasmae) 24. VII. 1493. Capitulum Chasmense bano Ladislao de Egerwara nuntiat ex inquisitione, quam banus 15. VII. 1493. fieri iussit, apparere accusationem Georgii Castellanffy de Zenthlelek contra Barbaram, v duam Wk despoti, eiusque officiales Benedictum et Ladislaum Krehnewych de Krehnewyna veram esse et propterea reos ante banum in ius evocatos esse. – Cum inquisitionem a capitulo duos annos protractam esse haud verisimile sit, in exitu litterarum mendose »quinto« pro »tertio« scriptum esse, igitur litteras a. 1493. datas esse suspicatur. Quae suspicio etiam documento dd. 19. VIII. 1493. probatur. Or. S.

3239 I d 12, elen. IV, p. 29 VII. 1493. Capitulum Zagrabiense Stephanum Puczych de Rakonog in dominium possessionum Vyhel-Zent-Peter et Bikzad introducit. Regestum.

3240 DV-I-130 Venetiis 2. VIII. 1493. Augustinus Barbadico, dux Venetiarum, a populo Catarensi rogatus concessionem salis e Corphoo importandi 25. IV. 1488. datam confirmat. Or. P. S.

3241 D-XVIII-55 Crisii 8. VIII. 1493. Bernardus Rebffy de Deche vicebanus testatur ex inquisitione ad rogatum Ladislai de Egerwara, tavernicorum regis magistri, facta apparere Michaelem, filium Mathei Folneghewych, Stephanum filium Gwrys, Stephanum, filium Valentini Zwonar, et Ivachin Thurchinoych a Ladislao Pekry eiusque familiaribus et iobagionibus vulneratos et spuliatos esse. Or.

3242 D-XVIII-56 Crisii 18. VIII. 1493. Bani Emericus de Derenchen et Ioannes Both de Bayna testantur Petrum Balsam de Kyskemlek, ducem s. Sabiae, 25. se nobilibus in ecclesia s. Crucis Crisii iuravisse Emericum Orzthek, iobagionem Nicolai et Stephani Drobytel de Bedennicza, a se spoliatum non esse, quod eius patroni contendebant. Or.

3243 D-XVIII-57 Crisii 19. VIII. 1493. Emericus de Derenchen et Iohannes Both de Bayna bani Georgio Castellanffy de Zenthlilek testantur Barbaram, viduam Wok despoti Rassyae, 17. VIII. 1493. in ecclesiam s. Crusis Crisii non venisse, ut cum 25 nobilibus iureiurando criminationem dissolverat, quod per suos homines quercus ex Georgii silva Rosechnyk succidi et Georgii iobagiones mulcari eisque res rapi fecisset. Or. S. Cf. litteras dd. 7. II. 1493.

3244 D-XVIII-58 25. VIII. 1493. Petrus et Paulus, comites de Zrinio, a quibus banus Ladislaus de Egerwara iusiurandum poposcit, ut se purgarent, quod eorum homines vim iobagionibus capituli Zagrabiensis intulerant, remissione iurisiurandi a capitulo obtenta damna resarcire et boves reddere promittunt atque se ad controversias reliquas arbitrio componendas obligant. Or. S.

3245 D-XVIII-59 (Zagrabiae) 29. VIII. 1493. Capitulum Zagrabiense banis Emerico de Derenchen et Iohanni Both de Bayna nuntiat ex inquisitione, quam palatinus Stephanus de Zapolya 15. VII. 1493. fieri iussit, facta apparere accusationem Petri Gwdowcz contra Stephanum Bochka de Bochtyncz veram esse. Or.

3246 I d 12, elen. IV, p. 29. (Zagrabiae) VIII. 1493. Pactum de successione in bonis et castello Bikzad inter Georgium Kastellanffy, filium Nicolai et Annae Bikzad, ab una et Sophiam, filiam Francisci de Vyhel-Szent-Peter et uxorem Ioannis de Pezerio, parte ab altera coram capitulo Zagrabiensi. Regestum.

3247 D-XVIII-61 (Zagrabiae) 23. IX. 1493. Ursula, vidua Iohannis Kasnar de Bwssin, possessionem Bwssin Georgio Goleez de Zutheska trecentis flor. auri coram capitulo Zagrabiensi vendit. Or. P.

3248 D-XVIII-62 Budae 31. X. 1493. Palatinus Stephanus de Zapolya capitulum Chasmense inquirere iubet, num Georgius, filius Petri Simonfy de Mylethynch, duas sessiones in Kathynch cum particula silvae in possessione Plawnycza-Zenth-Benedek a rege Mathia magistro Petro de Gwdowcz et qd. Blasio Briga de Jakozerdahel donata, illegitime occupaverit. Tr. 22. XII. 1493.

3249 D-XVIII-65 Budae 11. XI. 1493. Wladislaus rex capitulo Chasmensi mandat, ut Stephanum, filium magistri Petri de Gwdowcz, in dominium possessionis Alladaryowcz qd. Iohannis, filii Petri Zwoythin (com. Cris.) et iuris regii in eadem habiti introducat. Tr. 12. II. 1494.

3250 DV-I-131 Lesinae 17. XI. 1493. Ioannes Maripetró, comes Lesinae, dimidiam partem vineae in campo s. Stephani in loco Dracevicza de bonis Joannis Missetich Nicolao Paladino, creditori eius, auctione pretio 80 ducatorum vendit. Or. cum signo not.

3251 D-XV-90 In Korothna 5. XII. 1493. Palatinus Stephanus de Zapolya capitulo Chasmensi praecipit, ut magistro Petro de Gudowcz litteras suas dd. 22. IV. 1468., quae de introductione magistri Gregorii de Dersanowcz, magistri Petri de Gudowcz et Blasii Briga de Iakozerdahel a Marthia rege 2. IV. 1468. iussa agunt, edat. Tr. 18. III. 1494.

3252 D-XVIII-62 (Chasmae) 22. XII. 1493. Capitulum Chasmense bano Ladislao de Kanysa nuntiat ex inquisitione, quam palatinus Stephanus de Zapolya 31. X. 1493. fieri iussit, facta apparere accusationem magistri Petri de Gwdowcz contra Georgium, filium Petri Simonfy de Mylethynch, veram esse et reum in ius ante banum evocatum esse. E nota in tergo inscripta apparet Georgium declaravisse se proximo termino suum ius litteris probaturum esse. Or.

3253 D-XVIII-60 (Zagrabiae) 1493. Fragmentum relationis capituli Zagrabiensis ad banos Emericum de Derenchen et Iohannem Both de Bayna, quae mandatum palatini Stephani de Zapolya dd. 15. VII. 1493. (sub nro. D-XVIII-53 asservatum) continet. Or. mancum.

3254 D-XVIII-50 Budae 1493. Wladislaus rex a Georgio Spyranchych de Chanyewo ac Christophoro, filio qd. Petri de Konzka-Zenth-Damankus, rogatus transumit et confirmat litteras capituli Chasmensis mense augusto 1492. datas, quibus memorati duo nobiles suas possessiones et res mobiles consociant. Or. mancum.

3255 XXI-2/2 Elenchus B fam. Jellachich XXIX 33. 1493. Andreas Horvath de Lomnicza eiusque fratres in dominio bonorum Lomnicza, pertinentiis castri Lukavecz, statuuntur. Regestum. Cf. Mon. Tur. II 111, nr. 82.

3256 XXI-2/11 (elen. 1), nr. 463 1493. Nicolaus et Stephanus Drobitel Petrum Balsa de Kis-Kemlek, quem de vi in possessione Brezovecz patrata accusaverunt, iureiurando absolvunt. Regestum.

3257 XX-2/11 (elen. 1.), nr. 484 1493. Nicolaus Vitez et Dorothea, vidua Thomae Vitez, iurant silvam glandiferam Lopatko Erden prope fluvium Dravam atque possessionem Mentzent suas esse. Regestum.

3258 XX-2/11 (elen. 1), nr. 547 1493. Mandatum inquisitionis contra Dorotheam, viduam Georgii Prexich, a Philippo de Bonthassovecz de vi in eius possessione patrata accusatam. Regestum.

3259 XXI-2/11 (elen. 1), nr. 508 1493. Benedictus de Pathak iudiciario documento demonstrat se possessiones Pathak et Radeszovecz possedisse. Regestum.

3260 I d 32, elen. f. 83 (Zagrabiae) 1493. Capitulum Zagrabiense in causa Gregorii de Ztubicza contra Nicolaum qd. Michaelis et Andream qd. Pauli Bozy de restatutione in bonis Gyõpeõ-Sz. Peter (com. Cris.), Zelina-Sz. Miklos, Odra etc. (com. Zagrab.) reos in ius evocet. Regestum.

3261 D-XVIII-63 (Tininii) 15. I. 1494. Mylich Benedykovich Myrschich districtus Umazicze omnes suas portiones possessionarias in villa Myrchich sitas Simoni Keglevich eiusque filio Iohanni de Porychan – cum nemo propinquorum et vicinorum eas emere voluerit – 70 flor. coram capitulo Tininiensi vendit. Or. P.

3262 Privil. 57 Budae 9. II. 1494. Wladislaus rex duces exercituum cibum et pabulum a regnicolis rapere ac in villas nobilium descendere vetat. Cop. vid. 1832.

3263 D-XVIII-64 Budae 12. II. 1494. Mandatum comitis Pauli de Kynys, iudicis curiae regiae, capitulo Nitriensi missum, ut Iohannem Ernusth de Chakthornya in dominio castri Sclabynae eiusque oppidorum, villarum possessionumque denuo statuat, quibus eius patrem Iohannem, regis thesaurarium, Matthias rex circiter viginti annis ante privaverat et Petrum atque Antonium de Pok donaverat; mandat insuper, ut horum possessiones occupentur, cum convicti in iudicium vocati venire noluerint. Nota tergo adscripta refertur ad documentum dd. 3. XI. 1506.

3264 D-XVIII-65 (Chasmae) 12. II. 1494. Capitulum Chasmense bano Ladislao de Kanisa nuntiat, cum ex praecepto Wladislai regis 11. XI. 1493. dato Stephanum, filium magistri Petri de Gwdowcz, in dominium possessionis Alladaryowcz introducere voluerit, ei statutioni dominum de Kerechoucz, Iohannem litteratum de Kamarcza, Philippum litteratum eiusque generum Eliam et Georgium Zermezych de Bonthussowcz contradixisse, quare eos in ius evocatos esse. Or.

3265 D-XVIII-66 (Zagrabiae) 14. II. 1494. Mon. Zg. II 494, nr. 373.

3266 Privil. 58 Budae 11. III. 1494. Cop. vid. 1832. Kuk. Iura. reg. I 228, nr. 153 (falso 14. XI. 1494.).

3267 D-XV-90 (Chasmae) 18. III. 1494. Capitulum Chasmense a palatino Stephano de Zapolya 5. XII. 1493. iussum magistro Petro de Gudowcz edit paria litterarum suarum 22. IV. 1468. datarum de introductione magistri Gregorii de Dersanowcz, magistri Petri de Gudowcz et Blasii Briga de Iakozerdahel iuxta mandatum Mathiae regis dd. 2. IV. 1468. in dominium possessionum Kupynno et Sabnicza. Or. P. S.

3268 D-XVIII-84 (Nitriae) 13. IV. 1494. Capitulum Nitriense Wladislao regi refert se in restatutione castri Sclabynae Iohanni Ernusth de Chakthornya a iudice curiae regiae Paolo de Kynys iussa, ab Antonio de Pok manu armata impeditum esse. Tr. 3. XI. 1506.

3269 D-XVIII-68 Crisii 17. V. 1494. Margareta, filia Pauli litterati Kontherez de Brezthowycza, uxor Iohannis de Thwrkhowcz, particulam vineae Byelschak sorori Barbarae eiusque marito Nicolao de Czwnowcz uno et dimidio flor. coram Georgio de Praschowa, iudice nobilium Crisiensi, vendit. Or. P.

3270 D-XVIII-80 Cassoviae 19. V. 1494. Wladislaus rex capitulo Tininiensi praecipit, ut Iohannem Keglewich in dominium quarundam possessionum, quas a Georgio Mykylichich emit, introducat. Tr. 28. VII. 1495.

3271 D-XVIII-69 In Thokay 12. VII. 1494. (Wladislaus) rex bano Ladislao de Kanysa praecipit, ut Franciscum Beryzlo de Craborya, quem Georgius (Kastellanffy) de vi sibi illata, cum centum porcos abstulit, duos colonos dire vulneravit et clausuram fluvii Zawae piscabilem occupavit, reum fecit, in ius vocet. Or. mancum. S. Cf. Regestum VIII. 1494.

3272 D-XVII-85 In Gwdowcz 24. VII. 1494. Banus Ladislaus de Kanysa capitulo Chasmensi mandat, ut Antonium, filium Sandrini de Gerecz, in dominium possessionum Bwchkafewlde introducat. Tr. 6. VII. 1494.

3273 D-XVII-85 (Chasmae) 6. VIII. 1494. Capitulum Chasmense bano Ladislao de Kanysa nuntiat se iuxta eius mandatum dd. 24. VII. 1494. Antonium, filium Sandrini de Gerecz, in dominium possessionum Bwchkafewlde introduxisse et Iohannem de Chesmycze, Ladislaum et Georgium Ewsy, Stanislaum de Bochkafeld, Balthasarem de Batthyan, Ladislaum de Egerwara, qui introductioni contradixerunt, in ius evocasse. Tr. 3. II. 1496.

3274 I d 12, elen. IV, p. 30. VIII. 1494. Iudices nobilium Crisienses contra Franciscum Beriszlo, qui a Georgio Kastellanffy de Zenthlelek de rapina pecorum reus factus est, inquirunt. Regestum.

3275 D-XVIII-70 Venetiis 5. IX. 1494. Frater Ioachinus Turrianus Venetus, ordinis praedicatorum generalis magister, Andreae Both de Bayna eiusque propinquis pro benevolentia erga ordinem grates agit et ad »omnia beneficia et suffragia ordinis« recipit. Or. P.

3276 D-XVIII-71 In Gudowcz 9. IX. (feria III. p. festum Nat. M. V.) 1494. Mandatum sedis iudiciariae Crisiensis ad inquisitionem contra Iacobum Zekel faciendam, qui multa facinora in populis et ecclesiis episcopi commisit. Or. mancum.

3277 D-XVIII-72 (Zagrabiae) 19. IX. 1494. Stephanus, filius qd. Antonii Pwchych de Rokonok, eiusque sponsa Dorothea, filia Georgii Golecz de Zwthezka, fassionem Dorotheae de cessione possessionum suis parentibus et fratri vi obtentam coram capitulo Zagrabiensi revocant. Or.

3278 D-XVIII-81 Crisii 20. X. 1494. Bernhardus de Thwrocz et Lodovicus de Pekr, vicebani, inquisitione facta testantur Michaelem et Lucam Othawlich de Dropkowch terram Barbarae, uxoris Iohannis Wecheslawcz, in possessione Isanowcz vi occupavisse. Tr. 5. III. 1497.

3279 D-XVIII-73 Waradini Petri 27. X. 1494. Wladislaus rex iobagiones Georgii Castellanfy de Zenthlelek in possessionibus Thamassowch, Maranowch, Wragowch, Resechnyk et Komaryn (com. Cris.), quorum domus his proximis diebus a Turcies combustae sunt, omnibus taxis per duos annos eximit. Or.

3280 D-XVIII-74 Bachiae 1. XII. 1494. Iohannes Corvinus Iohanni Thurzo de Cracovia nuntiat se fodinas Novizolienses Sigismundo, episcopo Quinqueecclesiensi, remisisse. Or.

3281 D-XVIII-75 (Zagrabiae) 15. XII. 1494. Capitulum Zagrabiense a palatino Stephano de Zapolya 4. XII. 1494. iussum testatur ex inquisitione facta apparere possessionem Aladaryowcz, quae Stephani, filii Petri de Gudowcz, eiusque uxoris Aduigae sit, a Philippo litterato. Elia Bosnyak in Bwsthyncz commorante et Georgio Zermesich de Bonthwssowcz iam quinque annos vi occupatam teneri. Or. mancum.

3282 D-XVIII-76 In Gudowcz 17. XII. 1494. Banus Ladislaus de Kanisa capitulo Zagrabiensi praecipit, ut contra Iohannem Corvinum, qui a Thoma, episcopo Iauriensi, postulato Agriensi summoque secretario et camerario regis, reus factus

est, quod cum armatis hominibus praesertim Rascianis possessionem episcopi Gayan depraedatus est, inquisitionem faciat. Tergo adscriptum est ex inquisitione 21. XII. 1494. facta apparere querelam veram esse, sed non constare, utrum v.s Iohannis Corvini iussu illata sit nec. ne. Or.

3283 D-XVIII-77 (Zagrabiae) 29. XII. 1494. Capitulum Zagrabiense testatur se a Sigismundo, episcopo Quinqueecclesiensi, eiusque fratre Iohanne Ernsth de Chakthornya trecentos florenos pro decimis bonorum inter Muram et Dravam sitorum anni 1494. recepisse. Or.

3284 D-XVII-85 In Werewcze 14. I. 1495. Balthasar de Batthyan aliique nobiles, qui introductioni Antonii de Gerecz in possessionem Bwchkafewlde contradixerunt, sessionibus litigiosis per pacis unionem receptis coram bano Ladislao de Kanysa donationi dictae possessionis assentiuntur. Tr. 3. II. 1496.

3285 DC-I-11 In Brinie 25. I. 1495. Cop. saec. XVIII. S. 381, nr. 253.

3286 D-XVII-85 In Werewcze 2. II. 1495. Banus Ladislaus de Kanysa donationi possessionis Bwchkafewlde Antonio, filio Sandrini de Gerecz, a Iohanne de Urbanowcz factae assentitur. Tr. 3. II. 1496.

3287 D-XIX-34 In castro Wereuche 8. II. 1495. Wladislaus rex capitulo Chasmensi mandat, ut magistrum Petrum de Gudouch, viceprotonotarium regni Sclavoniae, in dominium possessionum in Sabnycza et Kopinno, per defectum seminis Stephani de Hassagh ad regem devolutarum, item in dominium possessionum in Globoko et Lywbenouch, propter rebellionem Nicolai, filii qd. Martini Lwben de Globoko, ad regem devolutarum, introducat. Tr. 3. I. 1496.

3288 D-XIX-5 In Werewcze 14. II. 1495. Banus Ladislaus de Kanysa capitulo Chasmensi mandat, ut omnes vicinos possessionis Rosechnyk inquirat, num Barbara, vidua Wk despoti Rasciae, terras et silvam Lwka Georgii Castellanffy de Zenthlelek in Rosechnyk vi occupaverit. Or.

3289 D-XIX-6 In Werewcze 14. II. 1495. Wladislaus rex Marco litterato de Beryzlowch huius possessionem Beryzlowch et portiones in Chrechan et Nowakowcz (com. Zagrab.) novae donationis titulo confert. Or. P. S.

3290 D-XIX-7 In Werewcze 16. II. 1495. Pacis unio inter Andream, filium qd. Nicolai Budor de Budrowcz, et Katherinam, viduam Blasii Budor de Budrowcz, huius privignum Christophorum et filium Michaelem de bonis in Themerye, Iwanowcz, Philipowcz et Blacza atque de medietate possessionum qd. Iohannis, filii Petri Budor, in Budrowcz et Wezelowcz et de quibusdam sessionibus coram bano Ladislao de Kanysa inita. Or. S.

3291 D-XVIII-78 In Werewcze 17. II. 1495. Cum Georgius, Stephanus, Franciscus, filii qd. Iohannis de Zenche, et Nicolaus, filius Ladislai de eadem, divisionem et sequestrationem bonorum pro Stephano, filio Petri de Gwdowcz, faciendam a bano Ladislao de Egerwara 7. II. 1493. iussam manu armata impedissent, Stephanus de Gwdowcz relatione capituli Chasmensis dd. 28. II. 1493. prolata a bano Ladislao de Kanysa petivit, ut ea executio iteraretur et fratres de Zenche multarentur. Sed cum procurator Georgii de Zenche hunc participem non esse asseveretur, banus causam curiae regiae transmittit. Or.

3292 D-XIX-2-4. In Werewcze 19. II. 1495. Mon. Zg. II 500, nr. 377. (Tria exemplaria).

3293 I d 12, elen. IV, p. 30 II. 1495. Nicolaus, Stephanus et Georgius Herkffy procuratores coram bano constituunt. Regestum.

3294 D-XIX-8 In Themerye 6. III. 1495. Mathias, plebanus ecclesiae s. Michaelis de Spinis in Themerye, Michael, filius qd. Cosmae de Themerye, Petrus et Affra de eadem ab Andrea, filio Nicolai Budor de Budrowcz, ab una et a Katherina vidua et filiis qd. Blasii Budor de Budrowcz, fratris Nicolai, ab altera parte vocati possessiones in Themerye, Philipowcz, Iwanowcz et Blacza dicto Andreae restituunt. Or.

3295 D-XIX-9 In Budrowcz 10. III. 1495. Sex arbitri ab Andrea, filio qd. Nicolai Budor de Budrowcz, atque Katherina vidua et Christophoro et Michaele, filiis Blasii Budor de Budrowch, electi terras qd. Petri Budor in Budrowch, Wezelowch et Pothok dividunt et Andreae intus nominatas restituunt. Or. S.

3296 Privil. 59 Quinqueecclesiis 29. III. 1495. Wladislaus rex praelatos et magnates prohibet, ne wajvodas in eorum possessionibus creent. Cop. vid. 1832.

3297 D-XIX-60 In Walpo 10. IV. 1495. Petrus Gereb de Wyngarth, iudex curiae regiae, apud quem banus Iohannes Corvinus Osvaldum, episcopum Zagrabiensem, eiusque fratrem Alphonsum reos fecit, quod externis copiis arcem et oppidum Raconok obsederunt, sed eos ante banum evocare non potuit »quia nemo in una et eadem causa iudex et actor esse potest« conventui monasterii Saxardiensis mandat, ut reos ante regem in ius evocet. Tr. 18. IV. 1495.

3298 DV-I-132 Jadrae 15. IV. 1495. Paulus Erizo, comes Jadrae, vineam cum oliveto et ficeto in loco Paprat sub Monte ferreo positam de bonis Jelenae, viduae Juraii Mathiassevich, ad publicum incantum Joanni de Iassis nomine Pasinae de Pachiaro, eius sororis, libris 9 parv. vendit. Or. P.

3299 D-XIX-60 18. IV. 1495. Conventus monasterii Saxardiensis Wladislao regi nuntiat se a Petro Gereb, iudice curiae regiae, ad rogatum Iohannis Corvini ducis 10. IV. 1495. iussum, Osvaldum, episcopum Zagrabiensem, 13. IV. e. a. ante regem in ius evocasse. Cop. moderna.

3300 Privil. 60 Crisii 25. IV. 1495. Iohannes Corvinus, Oppaviae et Lypthoviae dux ac regnorum Croatiae, Dalmatiae Sclavoniaeque banus, Iohannem Gyulay, SS. OO. regni Sclavoniae consentientibus vicebanum creat. Cop. vid. 1832.

3301 D-XIX-10 In Monte Grecensi 4. V. 1495. Banus Iohannes Corvinus a civibus et incolis oppidi Rokonok, quorum privilegia simul cum domibus a Turcis combusta sunt, rogatus eorum privilegia renovat atque tributa enumerat. Cop. vid. 1774. = Regestum I d 12, elen. II, p. 3.

3302 D-XVIII-81 Crisii 24. V. 1495. Vicebani Bernhardus de Thwrocz et Iohannes de Gywla inquisitione facta testantur Georgium Francheych eiusque generum Michaelem de Pathak in possessione Isanowcz Iohanni Wechezlawcz eiusque uxori Barbarae magnum damnum intulisse. Tr. 5. III. 1497.

3303 D-XVIII-67 In Lukawech 25. V. 1495. Mon. Tur. II 151, nr. 106.

3304 DV-I-133 Venetiis 25. V. 1495. Fratres qd. Hieronymi de Consortibus Spilimbergi, heredis qd. Antoniae, viduae Ioannis de Canali, possessionem in villa s. Syri, districtus Paduae, Bernardo, filio dicti Joannis, cedunt. Or. cum signo not.

3305 D-XIX-11 Warasdini 26. V. 1495. Banus Ioannes Corvinus a Valentino et Matheo, filiis Petri, iobagionibus suis praedialibus in possessione Wlaglowechy, rogatus libertates eis a bano Iano, comite Zagoriensi, concessas confirmat. Or. P. S.

3306 D-XIX-12-13 Warasdini 6. VI. 1495. Ioannes Corvinus banus a Valentino et Matheo, filiis Petri, iobagionibus suis praedialibus in Woglowecz rogatus litteras Wythko, filii Blasii de Gerelthewcz, castellani de Bela, et Stephani, officialis

et civis de Iwancz, 13. VII. 1438. de donatione praedii Woglowecz editas, transumit et confirmat. Or. P. S. (Duo exemplaria).

3307 D-XIX-19 Cassoviae 8. VI. 1495. Wladislaus rex capitulo Zagrabiensi mandat, ut Ioannem Kegleuich, qui a Georgio Mikulichich castrum Busin 5000 flor. emit, in dominium eiusdem castri introducat. Tr. 23. VII. 1495.

3308 D-XIX-14 (Chasmae) 24. VI. 1495. Georgius, filius qd. Iohannis Syksarych, et alii nobiles de Mile, totius generationis nomine donationi possessionis Hedrykowch, quae olim Stephani litterati eiusque filii Petri presbyteri de eadem fuit, a Wladislao rege Petro Bochkay de Razyna eiusque genero Stephano, filio magistri Petri de Gwdowch, factae coram capitulo Chasmensi assentiunt, quod hi ultimis rerum perturbationibus et Turcarum incursionibus ad castrum Gwdowch toti generationi liberum receptum permiserunt. Or. P. S.

3309 D-XIX-15 Budae 25. VI. 1495. Wladislaus rex, qui iam praeterito anno bano Ladislao de Kanysa magistrum Petrum de Gwdowcz eiusque filium Stephanum commendavit, ut eos in possessione Aladaryowcz contra quoslibet impetitores protegeret, mandatum suum ad banum Iohannem Corvinum renovat. Or. S.

3310 D-XIX-16 In Monte Grecensi 2. VII. 1495. Iohannes Corvinus banus privilegia civibus et hospitibus de Iastrebarzka a Bela rege concessa confirmat. Cop. vid. 1693.

3311 D-XIX-17 (Chasmae) 5. VII. 1495. Capitulum Chasmae bano Iohanni Corvino nuntiat omnes testes vicinos possessioni Rosechnik intus nominatos in inquisitione a bano Ladslao de Kanysa 14. II. 1495. iussa querelas Georgii Castellanfy de Zenthlelek contra Barbaram, viduam Wk despothi, ac Benedictum et Ladislaum Kerhnewych de Kerhnewyna veras declarasse. Ex nota tergo adscripta apparet Barbaram terras Georgio remisisse. Or.

3312 D-XIX-16 In Monte Grecensi 7. VII. 1495. Ioannes Corvinus banus privilegia iobagionum de s. Johanne in pertinentiis civitatis Iasterbarzka confirmat. Cop. saec. XVIII = Tr. 6. VI. 1538. et 21. VIII. 1540.

3313 D-XIX-18 In Gudowcz 13. VII. 1495. Ioannes Corvinus banus capitulo Zagrabiensi mandat, ut ad rogatum Oswaldi, episcopi Zagrabiensis, inquirat, num ante 13 annos Balthasar de Batthyan, tunc castellanus in Rokonok, cum suis familiaribus e curia Iohannis, praedialis episcopi in Gayancz, duos equos rapuerit et ex Iohanne ipso capto 16 flor. extorserit. Or.

3314 D-XIX-20 In Korothna 15. VII. 1495. Palatinus Stephanus de Zapolya capitulo Chasmensi mandat, ut inquirat, num Petrus Gudowch eiusque filius Stephanus cum complicibus omnia illa facinora perpetraverint, de quibus Philippus de Bwssynch apud palatinum questus esset. Tr. 25. VII. 1495.

3315 D-XVIII-79 In civitate Montis Grecensis 17. VII. 1495. Mon. Tur. II 152, nr. 107.

3316 D-XIX-19 (Zagrabiae) 23. VII. 1495. Capitulum Zagrabiense testatur se iuxta mandatum Wladislai regis dd. 8. VI. 1495. Ioannem Kegleuich in dominium castri Busin introduxisse. Cop. saec. XVIII = Regestum I d 170 sub B.

3317 D-XIX-20 (Chasmae) 25. VII. 1495. Capitulum Chasmense bano Iohanni Corvino nuntiat ex inquisitione a palatino Stephano de Zapolya 15. VII. 1495. iussa apparere accusationes Philippi de Bwssynch contra Petrum de Gwdowcz eiusque filium Stephanum veras esse, propterea reos in ius ante banum evocatos esse. Or. S.

3318 D-XVIII-80 (Tininii) 28. VII. 1495. Capitulum Tininiense a Wladislao rege 19. V. 1494. iussum, Iohannem Keglevich in dominium castrorum Busyn (com.

Zagrab.) et Osterwicza et possessionum in Doberchewich, utroque Strisichy, Nebluh, civitate Orman (com. de Lapacz), Omyslawacz, Krachan (com. de Gaczka), Pergoyczi, Dworacz (com. Tinin.), Meyare (com. de Lwka) a Georgio Mikulichich de Bwsyn emptarum et iuris regii in eisdem possessionibus habiti introducit. Or. P. S.

3319 D-XIX-21 In Hkrilin 12. VIII. 1495. Bernardinus de Frangepanibus, Segniae, Vegliae Modrusiaeque comes, servitori suo nobili Valentino Hotkowich quaedam bona sub castro Hkrilin dono dat reservato iure, ut donatoris heredes habeant ius praeemptionis. Donator ipse subscripsit. Or. P. S.

3320 D-XIX-22 Crisii 17. VIII. 1495. Balthasar de Batthyan coram bano Iohanne Corvino Georgio Kerethyn, vicario temporali episcopi Zagrabiensis. Valentino Thesseny, Bernardo Saffarych, Michaeli Kerhen et Georgio Spyranchych iusiurandum, quod iurare debuerunt, quod ab Oswaldo, episcopo Zagrabiensi, missi 150 pecora et alias res ex possessionibus exponentis Palichna-Zenth-Peter et Buchkafelde non rapuerint, remittit. Or.

3321 D-XIX-23 Crisii 17. VII. 1495. Balthasar de Batthyan coram bano Iohanne Corvino Georgio Kerethyn, vicario temporali episcopi Zagrabiensis. Bernardo Saffarych et Georgio Repich iusiurandum, quod manu armata de possessione Radossowcz 118 pecora non rapuerint, remittit. Or.

3322 D-XVII-85 Crisii 18. VIII. 1495. Banus Iohannes Corvinus testatur nobiles, qui introductioni Antonii de Gerecz in possessionem Bwchkafewlde contradixerunt, in iudicio coram bano Ladislao de Kanysa contradictione destitisse. Tr. 3. II. 1496.

3323 D-XIX-24 Crisii 21. VII. 1495. Stephanus, Nicolaus, Sigismundus, Andreas et Georgius Borothwa de Zenthdienes portiones in possessionibus Felsew- et Also-Sabnicza et Kopynno (com. Cris.) Petro, filio Nicolai Mykchecz de Czyrquenna, 600 flor. auri coram palatino Stephano de Zapolya vendunt. Or. P.

3324 D-XIX-25 Crisii 26. VII. 1495. Georgius Castellanfy de Zenthlilek ab una et Franciscus Beryzlo de Grabaria eiusque uxor Barbara ab altera parte pacis unione facta coram bano Iohanne Corvino omnibus litibus inter se sedatis cavent, ut coniuges Beryzlo Georgio 40 flor. auri solvant et 40 porcos unius aetatis tradant atque, quae pars pacto destiterit, 100 flor. convincatur. Or.

3325 D-XIX-26 Crisii 28. VIII. 1495. Bernhardus (de Thurocz) et Iohannes Gywlay, vicebani et iudices Crisienses, testantur ex inquisitione facta apparere Michaelem Kerhen de Bellosowcz et Oswaldum de Polyan, tunc vicebanos, postquam ex castello Dombrensi Alemanni expulsi essent Stephani Pwczych de Rokonok curiam et possessiones Drobchowcz, Werhowcz, Negowcz et Kwzanowcz diripuisse. Or.

3326 D-X-76 Crisii 29. VIII. 1495. In causa mota a Nicolao Ewrdewgh de Peleske contra Sigismundum, episcopum Quinqueecclesiensem, et Iohannem, filios Iohannis Ernesth de Chakthornya, thesaurarii regii, de castro Zenth-Gywrghwara et civitate Prodawyz, quae propter multa crimina Nicolai a bano Hermano confiscata, a Sigismundo rege bano Mathkoni de Thallowcz eiusque fratribus 33000 flor. impignorata et a Mathia rege Iohanni Ernesth eiusque filiis collata sunt, Iohannes Corvinus banus litteris Wladislai regis dd. 1. V. 1492. atque litteris Georgii, archiepiscopi Strigoniensis, dd. 15. VI. 1438. visis dictas possessiones, quamquam Sigismundus rex Nicolao omnia crimina iniuste ignovit, fratribus Ernesth adiudicat. Or. P.

3327 I d 12, elen. IV, p. 31 Crisii VIII. 1495. Sophia, filia Georgii Vyhel Szent-Peter, uxor Iohannis Pezerii, octo sessiones iobagionales in Kurjachicze (com.

Cris.) Georgio Kastellanffy de Zentlelek 50 flor. coram iudice curiae regiae pigneri obligat. Regestum.

3328 D-XIX-27 In civitate Montis Creeensis 6. IX. 1495. Mon. Zg. II 504, nr. 380.

3329 D-XIX-28 (Zagrabiae) 16. IX. 1495. Sophia, uxor Iohannis Hennyngh de Szomsedwara, eiusque filius Andreas castrum Zamobor cum oppido et 21 villis Elisabeth, filiae Nicolai Pethöffy de Gerse, uxori Nicolai Thersacski, comitis de Frangepanibus, 4000 flor. auri coram capitulo Zagrabiensi ea condicione vendunt, ne cui alteri, nisi regni coronae, idem castrum vendere possit. Cop. vid. saec. XVII.

3330 D-XIX-29 Crisii 9. XI. 1495. Sententia iudicum electorum in causa inter Petrum et Blasium Isachych actores et Stephanum Brytwych de Zenth-Dyenes hominesque et iobagiones de caede quadam in causam attractos, qua iusiurandum a reis exigitur. Or. mancum.

3331 D-XIX-30 (Chasmae) 27. XI. 1495. Stephanus Rawen Petrum Fynthycz de Fynthyncz, qui ei 300 flor. dedit, coram capitulo Chasmensi tamquam filium adoptat eique possessiones in Rawen, Bablak et Ramachauche incribit, quas alii heredes tum demum accipere possint, cum eam summam exsolvant. Or.

3332 D-XXXIII-26 Bachiae 30. XI. 1495. Ladislaus rex Petro Bochkay de Razyna eiusque filiabus Marthae, Elizabeth et Potentianae possessiones in comitatu Crisiensi sitas a Mathia rege donatas denuo donat et omnes litteras eas possessiones concernentes confirmat. Tr. 7. V. 1555.

3333 D-XIX-31 In Byhigio 3. XII. 1495. Banus Iohannes Corvinus Georgio Zladowych locum ad molendinum in fluvio aptum, fundum civilem in oppido Cruppa et quasdam alias terras donat. Or. P.

3334 D-167 In Monte Graecensi 1495. (»in festo gloriosae V. M.«) Banus Ioannes Corvinus libertatem a Bela rege 12. I. 1257. et nova privilegia a Mathia rege 14. II. 1478. hospitibus de Jasztrebarszka concessa, sancit. Cop. vid. saec. XVIII. = Tr. 15. IV. 1563.

3335 I d 32, elen. f. 81. (Zagrabiae) 1495. Capitulum Zagrabiense Stephanum Berizlovich in dominium possessionum Bapesa et Bussevech (com. Zagrab.) ei iam a Mathia rege collatarum introducit. Regestum.

3336 D-XIX-33 Crisii 1495. Vicebani Bernaldus de Thurocz et Iohannes de Gyula testantur ex inquisitione ad rogatum Anreae Budor de Budrowcz facta apparere Katherinam, viduam Blasii Budor de eadem, anno 1494. vel 1495. cum aliquot villicis sepes horti exponnentis asportasse et combussisse. Or.

3337 D-XIX-32 Crisii 1495. Vicebani Bernaldus de Thwrocz et Ludovicus de Peher testantur ex inquisitione ad rogatum Dorotheae viduae et Andreae, filii Nicolai Budor de Budrowcz, et Iohannis de Palichna-Zenth-Peter facta apparere Katherinam, viduam Blasii Budor, eiusque privignum Christophorum litteras de petitorum possessionibus restituere nolle atque quibusdam iobagionibus 40 flor. auri extorsisse. Or. mancum.

3338 Sermag. XVI elen. IV. 1495. Balthasar de Batthyan Emericum, filium Frank de Gordova, quod duos suos homines interfecerit, coram bano reum facit. Regestum.

3339 Ožeg. XXXI, extr. 1. nr. 68 1495. Vladislaus rex bano Ioanni Corvino praecipit, ut voyvodas, praecipue in comitatibus Crisiensi et de Vöröcze, qui furta et alia facinora patrabant, sub poena infidelitatis deponat. Regestum.

3340 D-XIX-34 (Chasmae) 3. I. 1496. Capitulum Chasmense bano Iohanni Corvino nuntiat, cum secundum mandatum Wladislai regis dd. 8. II. 1495. magistrum Petrum de Gudowch in dominium possessionum in Sabnycza et Kopinno, item in dominium possessionum in Globoko et Lywbenouch introducere vellet, introductioni in Sabnycza et Kopino Emericum de Hassagh et Katherinam, filiam qd. magistri Stephani de Hassagh, viduam Francisci de Hederwara, contradixisse, quare eos in ius ante banum evocatos esse. Or.

3341 B II Var-8 Curzolae 11. I. 1496. Simon Capello, comes Curzolae, Jacobum Goriglev ch, qui originem a Petro de Tollentis trahit, omnibus oneribus servitiisque publicis eximit. Cop.

3342 D-XIX-35 Bellae 20. I. 1496. Emericus Prenezii, capitaneus castri Bella, Valentinum et Matheum de Woglocz ab Iohanne Corvino de Hwnyad omni censu exemptos esse recognoscit. Or. P.

3343 D-XVII-85 Crisii 3. II. 1496. Banus Iohannes Corvinus in lite de possessione Bwchkafelde litteris Urbani, episcopi Agriensis, dd. 25. VI. 1489., Mathiae regis dd. 26. VI. 1489., capituli Chasmensis dd. 6. VIII. 1494., bani Ladislai de Kanysa dd. 14. I. et 2. II. 1495. atque suis litteris dd. 18. VIII. 1495. visis capitulo Chasmensi mandat, ut Antonium, filium Sandrini de Gerecz, protonotarium iudicis curiae regiae, in dominium possessionis et curiae Bwchkafelde denuo introducat. Or.

3344 D-XIX-36 Posonii 23. II. 1496. Georgius, comes de Zagoria, filius qd. Iohannis, etiam Wilhelmi fratris nomine Thomae, episcopo Agriensi, et Sigismundo, episcopo Quinqueecclesiensi, eorumque fratribus scilicet Iohanni Ernsth de Chakthornya atque filiis Nicolai et Iohannis de Erdewd et Valentino de Erdewd castra Lwdbreg et Gereben (com. Cris.) et Krapina, Lwobor, Oztrecz, Trokensthan, Kamenycza, Koztel, Bela, Wienycza et Thabor et castellum Wrbowcz (com. Warasdien.) coram capitulo Posoniensi confert, si ipse et frater ipsius sine prole decesserint. Or. P.

3345 DV-I-134 Jadrae 27. II. 1496. Gregorius, filius qd. Michaelis de Viviano, vineam cum oliveto ad Paprat sitam publica auctione Laurentio Civalello nomine Mariae, uxoris Ucelli de Grisogonis, ducatis 45 auri coram Thoma Leone, capitaneo et vicecomite Jadrae, vendit. Or. P.

3346 D-XVII-86 Posonii 9. III. 1496. Wladislaus rex transumit et approbat litteras Mathiae regis 13. II. 1483. datas, quibus idem nobiles unius sessionis solutione taxarum medii aurei exemit. Or. P.

3347 DV-I-135 Vegliae 10. III. 1496. Joannes Gritti, provisor Veglae, ad petitionem Bartoli Grabio, procuratoris conventus s. Salvatoris Segnensis, venditionem dimidiae partis vineae in Bescha de bonis Iuanaz molendinarii et Andreae Almergati dicto conventui libris 167 publica auctione legitime factam esse confirmat. Or. cum signo not. P.

3348 D-XIX-37 Crisii 26. III. 1496. Iohannes Gywlay et Stephanus de Ladomercz, vicebani, testantur ex inquisitione ad rogatum Stephani Pwczych de Rokonok facta apparere Ladislaum Pethew de Thathyka ac Iohannem Horwath, familiares Marci Myslyenoych, castellani castelli Rokonok, permissu huius eiusque uxoris Benignae equam Michaelis Makopechych, iobagionis exponentis in Negowcz, rapuisse. Or.

3349 DC-I-12 In Brinie 1. IV. 1496. Cop. saec. XVIII. S. 290, nr. 260.

3350 D-XIX-45 Iaurini 29. IV. 1496. Wladislaus rex capitulo Zagrabiensi praecipit, ut magistrum Nicolaum, canonicum Zagrabiensem, eiusque fratrem Barthologo-

meum de Bucha in dominium possessionis Zamerschye, ob defectum seminis qd. Ladislai Zthuchich de Gaczka ad regem devolutae, introducat. Tr. 3. I. 1772.

3351 D-XVI-68 1. V. 1496. Cum in causa inter Bartholomeum Wahthich de Wahthyncz et Johannem et Franciscum, filios Nicolai de Kamarcza, de possessione Aladaryowcz exorta, Elias, provisor curiae castri Jayeza, gener Philippi litterati de Bwsthyncz, protulerit litteras bani Mathiae Gereb dd. 2. IV. 1489., bani Ladislai de Egerwara dd. 10. III. 1490. et capituli Chasmensis dd. 21. IX. 1490., omnes de impignoratione dictae possessionis Philippo litterato eiusque genero Eliae ac Georgio de Bonthusowcz editas, Petrus Gereb de Wyngarth, iudex curiae regiae, capitula Zagrabiense et Chasmense rogat, ut possessionem eisdem pignoratoribus restituant. Or. S.

3352 D-XIX-38 (Zagrabiae) 29. V. 1496. Dionysius Borothwa de Zenth-Dyenes eiusque filius Sigismundus possessiones in Felsew- et Also-Sabnycza Petro Mykchecz de Cyrquenna 150 flor. auri coram capitulo Zagrabiensi vendunt. Or. P.

3353 DV-I-136 Lesinae 24. VI. 1496. Aloisius Barbo, comes Lesinae, introductionem Thomae Palladini in bona debitricis eius Florae, uxoris Balci de Lucis, pro 20 debitis ducatis, contradictione Johannis, filii Florae, cassata, confirmat et dictam vineam in publica auctione ducatis 20 dicto Thomae Palladini vendit. Or. cum signo not. P.

3354 D-XIX-39 In Bihigio 2. VII. 1496. Banus Iohannes Corvinus capitulo Zagrabiensi mandat, ut Georgium Mykwlichych in dominium possessionum Kozthanicza, Czaglychy, Sthabancza, quas ei nuper pro meritis donavit, introducat. Or.

3355 D-XIX-46 Budae 29. VII. 1496. Wladislaus rex capitulo Zagrabiensi praecipit, ut magistrum Nicolaum, canonicum Zagrabiensem, eiusque fratrem Bartholomeum in dominium possessionis Blatniczae introducat. Tr. 17. II. 1772.

3356 D-XIX-40 Crisii 29. VIII. 1496. Vicebani Stephanus Bradach de Lodomercz et Johannes Gywlay testantur ex inquisitione ad rogatum Georgii Symanffy de Iakozerdahel facta apparere Petrum de Gwdowcz eiusque filium Stephanum iobagionem exponentis Marcum Beloblaczy cum pecoribus, pro quibus exponens fideiusserat, in villam Pleterna abegisse atque restituere nolluisse. Or.

3357 DV-I-137 Jadrae 30. VIII. 1496. Hyeronibus de Begna qd. Simonis coram Joanne de Roxa, judice examinatore Jadrae, Simoni de Pechiaro qd. Natalini vineam cum oliveto in insula Pasmani libris 350 parv. vendit cum »iure precario nomine emptorio« terrena vendita possidendi, donec emptor corporalem acceperit possessionem. Or. cum signo not. P.

3358 DV-I-138 Jadrae 18. IX. 1496. Catharina de Civallellis, vidua Simonis, tutrix filiae Margaritae, pro solutione eius dotis coram Joanne de Fanfogna, iudice examinatore, magistro Theodoro de Corono barbitonsori sortes duas terrenorum in villa Meglianiche ducatis 150 auri vendit. Or. cum signo not. P.

3359 D-XIX-41 11. X. 1496. Stephanus, comes Blagay, testatur Petrum Dmynych, castellanum castri sui Bruman, in fratrem Bernardinum omnia iura in bonis et rebus ipsorum transtulisse. Or.

3360 D-V-29 Budae 5. XII. 1496. Vladislaus rex privilegium Ludovici regis dd. 29. VIII. 1359. quo incolae regni Sclavoniae a iurisdictione extraneorum iudicum eximuntur, confirmat. Tr. 18. IV. 1681.

3361 Privil. 61 Budae 5. XII. 1496. Cop. vid. 1832. Kuk. Iura reg. I 233, nr. 157 (falso 4. XII. 1496.).

3362 Privil. 62 Budae 5. XII. 1496. Cop. vid. 1832. Kuk. Iura reg. I 232, nr. 156 (falso 4. XII. 1496.).

3363 Privil. 63 Budae 5. XII. 1496. Cop. vid. 1832. Kuk. Iura reg. I 231, nr. 155 (falso 4. XII. 1496.).

3364 Privil. 64 Budae 8. XII. 1496. Cop. vid. 1832. = 2 cop. saec. XVIII. Kuk. Iura reg. I 234, nr. 158.

3365 XXI-2/11 (elen.) nr. 267 1496. Inquisitio de violentiis in villa Lubkocz (com. Cris.) commissis ad rogatum Georgij Simonfy de Jako Zerdahel facta. Regestum.

3366 Ožeg. XXXI. extr. 1, nr. 72 1496. Vladislaus rex bano Ioanni Corvino mandat, ne nobiles regni Sclavoniae a castellanis eius de Jajcza et Rakonog vexari sinat. Regestum.

3367 I d 12, elen. II, p. 3 1496. Georgius Zenchey in dominium possessionum Zenche (com. Cris.), Czubri, Rakovecz et Orbacz (com. Zagrab.) a capitulo (Zagrabiensi ?) introducitur. Regestum.

3368 D-XIX-59 (Zagrabiae) 2. I. 1497. Banus Ioannes Corvinus Marthynkoni de Swpanpothok alias de Predrykowo eiusque patri Simoni Zdarysych et fratribus castrum Oztherez cum omnibus pertinentiis coram capitulo Zagrabiensi donat. Tr. 20. II. 1517.

3369 D-XIX-44 Modrussiae 5. I. 1497. Bernardinus de Frangepanibus Valentino Hotkowich villam Vuksinsipak sub castro Ozal et duas terras in Mirkowopole donat reservato iure, ut donatoris heredes ius praeemptionis habeant. Donator ipse subscripsit. Argumentum Glagoliticum tergo adscriptum. Or. S. P. = DC-I-15 (Croat.) Tr. 27. XII. 1544. Š. 399, nr. 266.

3370 D-XIX-45 (Zagrabiae) 1. II. 1497. Capitulum Zagrabiense testatur cum a Wladislao rege 29. IV. 1496. iussum magistrum Nicolaum, canonicum Zagrabiensem, eiusque fratrem Bartholomeum de Bucha in dominium possessionis Zamerschye 24. I. 1497. (falso 1496 !) introducere voluisset, se a Iankone Zthuchich de Gaczka impeditum esse, quare in ius coram bano evocatum esse. Tr. 3. I. 1772.

3371 D-XIX-46 (Zagrabiae) 8. II. 1497. Capitulum Zagrabiense a Wladislao rege 29. VII. 1496. iussum magistrum Nicolaum, canonicum Zagrabiensem, eiusque fratrem Bartholomeum de Bucha in dominium totius possessionis Blatnicza, quam eis Matko, filius qd. Martini sartoris de Sztennichnyak, 80 flor. vendidit, simul cum iure regio eis a rege concesso introducit. Tr. 17. II. 1772.

3372 D-XVIII-81 Crisii 5. III. 1497. Banus Iohannes Corvinus, cui Iohannes Wechezlawcz binas litteras vicebanorum de inquisitionibus peractis 20. X. 1494. et 24. V. 1495. datas exhibuit, iudicibus nobilium praecipit, ut Georgium Francheych eiusque generum Michaelem de Pathak, qui petitoris molendinum in fluvio Bogacho diruerunt, et Michaelem et Lucam Othawlych de Dropkowch, qui teram arabilem in possessione Isanowcz, quae uxoris Iohannis Barbarae Jelachych de Isanowcz erat, vi occupatam tenent, invitent, ut satisfactionem dent. Or.

3373 D-XIX-47 (Chasmae) 14. III. 1497. Martinus, filius qd. Dech de Crisio, eiusque uxor Ilko dimidiam partem curiae et duarum sessionum in Zedlaryewch, quas a Dorothea, filia qd. Martini de Zedlaryewch, oppignoraverunt, 50 flor. acceptis coram capitulo Chasmensi remittunt. Or.

3374 D-XIX-48 Chasmae 30. III. 1497. Petrus Gereb de Wyngarth, iudex curiae regiae, capitulo Zagrabiensi praecipit, ut cives Montis Grecensis ab Osvaldo, episcopo Zagrabiensi, de non solutis theloneis accusatos coram rege in ius evocet. Tr. 8. IV. 1497.

3375 D-XIX-48 (Zagrabiae) 8. IV. 1497. Capitulum Zagrabiense Wladislao regi nuntiat se iussu Petri Gereb de Wyngarth, iudicis curiae regiae, dd. 30. III. 1497. cives Montis Grecensis in ius regis evocasse. Or.

3376 D-XIX-49 (Chasmae) 6. V. 1497. Ilka, filia Emerici de Rawen, vidua Iohannis Chawlowych de Gywrkoucz, quartam puellarem de possessionibus in Rawen, Kosthianewcz, Bablyak et Romachawelgye atque res parafernales matris suae Katherinae fratri Paulo 150 flor. auri coram capitulo Chasmensi pignori obligat. Or.

3377 D-XIX-50 (Chasmae) 13. V. 1497. Dorothea, vidua Gregorii Hanii de Kaposfalva, nomine Georgii et Petri, filiorum suae Veronicae, uxoris Christophori, filii Petri de Konzka, coram capitulo Chasmensi intercessionem facit contra Petrum de Gwdowch eiusque filium Stephanum, quod villas Pongrathowcz et Wrasya Gorycza (com. Cris.) vi occupaverint. Or.

3378 Privil. 65 Budae 8. VII. 1497. Palatinus Stephanus de Zapolya omnes capitaneos et »belliductores« a descensu in possessiones nobilium regni Sclavoniae prohibet. Cop. vid. 1832.

3379 D-XIX-51 Cruppae 13. VII. 1497. Banus Iohannes Corvinus Andreae Dwdych atque Michaeli Dwdych et Laurentio Ipolthfy possessiones Ladomerchy. Brezthowecz, Lowrecha zela et Rakythowecz in pertinentiis castri Crapina donat. Donator ipse subscripsit. Or. P. S.

3380 D-XVIII-82 (Tininii) 22. VII. 1497. Capitulum Tininiense regi nuntiat se iuxta eius mandatum dd. 1. II. 1493. fratres s. Francisci monasterii s. Johannis Baptistae extra muros Scardonenses, qui quadam bona Tadei et Petri Milutinichi de Chulisichi in comitatu de Lucha occupaverunt, in ius evocasse. Tr. 19. VIII. 1497.

3381 D-VIIa-128 In Monte Grecensi 29. VII. 1497. Ioannes Corvinus dux nobiles generationis Czvetkovich in tutelam suam specialem suscipit et castellanis castelli Jasztrebarzka mandat, ut antiqua iura eorundem servent. Tr. 12. V. 1657.

3382 D-XVIII-82 Budae 19. VIII. 1497. In causa inter Tadeum et Petrum Milutinichi de Chulisichi atque monasterum fratrum s. Francisci extra muros Scardonenses de quibusdam bonis in comitatu de Lucha Ladislaus rex litteris capituli Tininiensis dd. 22. VII. 1497. visis sententiam bani Iohannis Corvini, quibus dicta bona fratribus adiudicabantur, cassat, quia extra fines comitatus, in quo ea bona sunt, lata est. Tr. 1497.

3383 D-XIX-57 Budae 4. IX. 1497. Wladislaus rex ad rogatum Francisci Keczer de Radowan capitulo Agriensi praecipit, ut Franciscum Balassa de Gyarmath, qui quasdam possessiones Emerici, fratris Francisci Keczer, tenebat, admoneat, ut summam 100 flor., qua possessiones obligatae erant, accipiat et eas restituat. Tr. 13. X. 1497.

3384 DV-I-139 Spaleti 13. IX. 1497. In testamento Georgii Heremitae, apothecarii Spaleti, in notis testamentorum Antonii Olzignano Patavini, cancellarii Spaleti, registrato legatum pro anima unius fratris s. Francisci reperitur et heredes universales instituuntur. Or. P.

3385 D-XXIII-127 (Zagrabiae) 20. IX. 1497. Andreas Hennyng de Szomszedwara eiusque uxor Sophia Elisabethae, uxori Nicolai de Frangapanibus de Thersacz, castrum Zamobor coram capitulo Zagrabiensi 4000 flor. vendunt. Tr. 24. VI. 1614. et per summa capita cca. 1590.

3386 D-XIX-52 (Quinqueecclesiis) 23. IX. 1497. Sigismundus, episcopus Quinqueclesiensis, eiusque frater Johannes Ernusth de Chaakthornya, agazonum regis magister, fodinas et montana metallorum in territorio civitatis Novizoliensis Johanni Turzo de Bethlenfalwa, consuli civitatis Craccoviensis, cui ea ad 12 annos iam in arendam locaverunt, cum se ad aperiendas novas fodinas suis impensis obligaverit, ad 10 annos insuper coram capitulo Quinqueeclesiensi locant et post eam locationem nemini alteri ea vendere vel locare promittunt. Or.

3387 D-XIX-53 Crisii 24. IX. 1497. Vicebani et iudices comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Stephani Pwczych de Rokonok 22. IX. 1497. facta apparere Benedictum Myklowschych, villicum seu officialem magistri Francisci de Symwnowcz in Dwlebzka, ius montanum seu terragium de vinea in promontorio possessionis Dwlebzka sita, i. e. quinque cubulos et sex solidos »munerales«, pro domino suo recipere nolle. Or.

3388 D-XIX-54 Budae 28. IX. 1497. Mon. Zg. II 510, nr. 387.

3389 D-XIX-55 Modrussae 29. IX. 1497. Banus Iohannes Corvinus Andreae et Michaeli Dwdych domos et possessiones scelerati viri Squerle Sinticich, qui abnegata fide Christiana e regno clandestine secessit, confert. Or. S.

3390 D-XIX-56 Budae 7. X. 1497. Wladislaus rex possessiones suas Kozthanycza et Zthabanycza et Czaglychy in pertinentiis castri Kruppa (com. Zagrab.), adhuc Georgio Mikulychych de Bwsyn locatas, Iohanni Keglewych primam et alteram ad sex, tertiam ad tres annos locat. Rex manu propria subscripsit. Or. P.

3391 D-XIX-57 (Agriae) 13. X. 1497. Capitulum Agriense Wladislao regi nuntiat se iuxta eius mandatum dd. 4. IX. 1497. Franciscum Balassa de Gyarmath admonuisse, ut a Francisco Keczer summam 100 flor. pro oppignoratis possessionibus Emerici Keczer in Zeekwdwar, Kwthos et Macha (com. Zagrab.) accipiat. Cum Franciscus Balassa nec pignus recipere nec possessiones restituere voluisset, in ius ante regem vocatus est. Or.

3392 B II Cc-5 In Nerezi 4. XI. 1497. Fratres Marcus et Iohannes Nisetich terrenum suum in loco Dobri Dubaz in pertinentiis Dubrovize situm cum terrenis Mathei Marincovich in Srigne Gnive et in Cantarstine permutant. E libello familiae Petri Nixae Nisetich.

3393 D-XIX-58 Budae 26. XI. 1497. Marko Chemerowych de Czethyne, Paulus Nemechych de Manchan et Georgius Kathych de Zdencz Croati nomine proximorum qd. Stephani Chemerowych de Czethyne, fratris eorum generationalis, qui a militibus Iohannis Ernust de Chakthornya forte occisus est, ab hoc 2000 flor. auri pro nece sive homagio coram Wladislao rege recipiunt. Or. S.

3394 Privil. 66 Budae 4. XII. 1497. Wladislaus rex Iohannis Corvino bano praecipit, ut nobiles regni Sclavoniae ab invasionibus castellanorum banorum de Iaycza et castri de Rokonogh protegat. Cop. vid. 1832.

3395 DV-I-140 Ragusii 15. XII. 1497. In causa de quadam venditione coram Michaele de Bona, consule causarum civilium communis Ragusii, Jacobus Radincich a petitione Michayli Goycouich et Nicolae Radognich de Brerio absolvitur. Ex libro notarii. P.

3396 DV-I-140 Ragusii 15. XII. 1497. Bartholus de Nale suo et fratris sui Marini nomine et Johannes de Cotrulio, procurator Blaxii de Nale, creditores qd. Vuchi Grubessae Rutosseuich de aspris 13000 a Giuro Rutosseuich, qd. Vuchi herede, petunt ut debitum persolvat. Ex libro notarii. P.

3397 DV-I-140 Ragusii 18. XII. 1497. In causa Junii Posii de Sorgo contra Stephanum et Nicholaum de Lucharis de quadam pecunia Palladinus de Gondola, consul causarum civilium communis Ragusii, reos ad damnum compensandum condemnat. Ex libro notarii. P.

3398 DV-I-141 Jadrae 20. XII. 1497. Joannes Bollanus, comes Jadrae, Mathulum Suchorich de Bagno, quod contra praecepta olivas ex olivetis Laurentii de Civalelis in loco Sorcalaz a se non laboratis iam tribus annis collegerit similque ipsi patrono minatus sit, ad solvendum libras 25 condemnat. Or. P.

3399 D-XIX-61 In Bryzyncz 1497. Martinus Derzwych eiusque uxor Leonardum ac Georgium de Zedlaryewcz in dominium dimidiae partis curiae duarumque sessionum iobagionalium a Dorothea, filia olim Kelek de Caprouza, oppignoratarum introducit. Or. mancum.

3400 D-XVIII-82 (Tininii) 1497. Capitulum Tininiense Ladislao regi nuntiat se eius sententiam dd. 19. VIII. 1497. in causa inter Tadeum et Petrum Milutinichi atque monasterium fratrum s. Francisci recepisse. Finis litterarum non extat. Cop. saec. XVI.

3401 XXI-2/11 (elen. 1), nr. 467. 1497. Inquisitio ad rogatum Stephani de Gudovcz contra Eliam Bosnyak, Georgium et Stephanum de Buschiucz de vi in silva Dolyna prope Koren patrata. Regestum.

3402 D-XX-11 Budae 16. I. 1498. Wladislaus rex capitulo Zagrabiensi mandat, ut Laurentium Bradach de Ladomercz, cubicularium suum, et Marthynkonem, vicebanum Sclauoniae, in dominium bonorum Andreae senioris Lendykar de Bathyna eiusque filii Andreae, qui Katherinam, viduam Iohannis Lendykar, interemerunt, introducat. Tr. 7. V. 1498.

3403 D-XX-6 In Monte Grecensi 8. II. 1498. Banus Iohannes Corvinus Vitali, Garazdae et Iohanni, castellanis de Rokonok, praecipit, ne cives eiusdem oppidi ad vigilationes nisi contra hostes compellant. Or. S.

3404 Privil. 67 Budae 4. III. 1497. Cop. vid. 1832. Kuk. Iura reg. I 238, nr. 161.

3405 Privil. 68 Budae 4. III. 1498. Cop. vid. 1832. Kuk. Iura reg. I 237, nr. 160.

3406 D-XX-7 Budae 5. III. 1498. Cop. vid. saec. XVIII. = Cop. vid. 1832 (Privil. 69). Kuk. Iura reg. I 240, nr. 162.

3407 D-XX-8 Budae 6. III. 1498. Wladislaus rex bano Georgio de Kanysa mandat, ut Iohannem Therek de Thwrkowcz, cuius patri Gregorio terrae qd. Georgii Horwath de Wyzoka, scribae cancellariae regiae, in Wyzoka, impignoratae sunt, ammoneat, ut accepta pecunia illas terras Margarethae, viduae Georgii Horwath, restituat, quod si recusare perstiterit, capitulum eas reoccupatas viduae assignet eamque tueatur. Or. S.

3408 Privil. 70 Budae 9. III. 1498. Wladislaus rex universitati nobilium regni Sclavoniae mandat, ut ab inconsuetis tributis a mercatoribus exigendis abstineant. Cop. vid. 1832.

3409 Privil. 71 Budae 20. III. 1498. Wladislaus rex Status et Ordines regni Sclauoniae invitat, ut nuntios suos ad diaetam regni Hungariae mittant. Cop. vid. 1833.

3410 D-XX-9 Modrussae 20. IV. 1498. Comes Bernardinus de Frangepanibus donationem Valentino Hothkowych factam confirmat, metas donatae possessionis Woxynsyppak prope castrum Ozal secundum litteras Iwany Wxae enumerat et stabilit cum condicione, ne cui alteri, si possessionem vendere velit, prius quam sibi suisque heredibus offerat. Or. P.

3411 DC-I-13 In Modruss 20. IV. 1498. 2 cop., una coaev., altera recentior. Š. 408, nr. 269.

3412 IV d 49–14 Bihigii 27. IV. 1498. Beatrix, uxor bani Iohannis Corvini, ad rogatum Stephani Pwczych de Rokonok litteras dd. 8. V. 1495., quibus Iohannes Corvinus Stephano sessionem in territorio oppidi Rokonok donavit, confirmat et eam sessionem »omni vigilatura seu quavis custodia« eximit. Or.

3413 D-XX-10 Crisii 2. V. 1498. Iohannes Mendzenthy de Orehowcz, vicebanus et comes Crisiensis, testatur ex inquisitione ad rogatum Georgii Castellanphy de Zenthlelek facta apparere terram huius quinque »dretarum« inter Rwsechnyk et Komarin sitam a Francisco Beryzlo de Grabarya vi occupatam esse. Or.

3414 D-XX-13 (Chasmae) 4. V. 1498. Petrus Mykchecz de Cyrquenna possessiones Cyrquenna, Sabnycza, Orehowczenthpeter, Clenowcz, Bohacho, Bablyak, Felsew-Sabnycza et Kopynno (com. Cris.) Georgio Kerecheny de Kanyafewlde eiusque filio Paulo et suae filiae Dorotheae, quam in matrimonium ducere, cum adoleverit, Paulus se obligat, confert. Tr. 20. V. 1498.

3415 D-XX-11 (Zagrabiae) 7. V. 1498. Capitulum Zagrabiense Wladislao regi nuntiat se ab eo 16. I. 1498. iussum Laurentium Bradach de Ladomercz et vicebanum Marthynkonem in dominium bonorum Andreae senioris Lendykar eiusque filii Andreae introduxisse, et dictos duos Lendykar, Georgium Golecz de Zothezka eiusque filios Iohannem et Paulum Busanych, qui introductioni contradixerunt, in ius ante regem evocavisse. Or.

3416 D-XX-12 Crisii 7. V. 1498. Vicebani Georgius Castellanfy de Zenthlilek et Iohannes de Orehowcz testatur ex inquisitione ad rogatum (Stephani de Gudowcz) facta apparere Petrum et Ladislaum Dwbychak de Myletincz ante duos annos Georgium Sebek, carpentarium et molendinatorem in Peteryancz, cum omnibus ferramentis ad villam ipsorum Okolna Greda vi abduxisse. Cf. documentum dd. 16. X. 1498. (D-XX-27).

3417 DV-I-142 Jadrae 17. V. 1498. Petrus de Matafaris vineam cum oliveto et aqua piscina in loco Canali Joanni de Nassis coram Francisco de Bartolatiis, comitis Jadrae consiliario, ducatis 100 vendit. Cop. saec. XVII.

3418-D-XX-13 Budae 20. V. 1498. Wladislaus rex iure regio insuper collato donationem Petri Mykchecz de Cyrquenna Georgio Kerecheny de Kanyafelde eiusque filio Paulo et suae filiae Dorotheae 4. V. 1498. factam confirmat. Or. P. S. = Cop. saec. XVII. (D-XX-14).

3419 D-XX-17 Budae 20. V. 1498. Wladislaus rex capitulo Chasmensi mandat, ut Georgium Kerecheny de Kanyafelde eiusque filium Paulum et Dorotheam, filiam Petri Mykchecz de Cyrkvenna, in dominium possessionum Cyrkvenna, Sabnycha, Orehowczenthpeter, Klenowcz, Bogatho, Felsew-Sabnycha, Kopynno, eis a Petro Mykchecz donatarum, introducat. Tr. 19. VI. 1498.

3420 D-XX-16 Budae 31. V. 1498. Mon. Zg. II 513, nr. 390.

3421 D-XX-16 Budae 31. V. 1498. Mon. Zg. II 513, nr. 390.

3422 Privil. 72 Budae 13. VI. 1498. Wladislaus rex antiquam consuetudinem regni Sclauoniae confirmat, ut protonotarius regni tempore depositionis bani eiusdem sigillum in medium Statuum et Ordinum afferre teneatur. Cop. vid. 1832.

3423 D-XX-17 (Chasmae) 19. VI. 1498. Capitulum Chasmense a Wladislao rege 20. V. 1498. iussum Georgium Kerecheny de Kanyafelde eiusque filium Paulum et Dorotheam, filiam Petri Mykchecz de Cyrkvenna, in dominium possessionum Cyrkvenna, Sabnycha, Orehowczenthpeter, Klenowcz, Bogatho, Felsew-Sabnycha, Kopynno introducit. Or. P.

3424 D-XX-18 (Albae) 27. VI. 1498. Magister Georgius Lythkowych alias Dessych coram capitulo Albensi intercessionem facit in Nicolaum Kwnych, alias capitaneum Segnensem, qui petitoris possessionem Sthokolychy Orlychy in districtu de Gaczka a Wladislao rege 315 flor. obtentam coram rege restituere pollicitus tamen occupavit. Or.

3425 D-XX-19 Crapinae 28. VI. 1498. Banus Iohannes Corvinus castellanos castri sui Iwancz ex praedianis Valentino et Mathia de Woglowechke prope castrum Bela quidquam praeter quatuor florenos annuatim exigere vetat. Or.

3426 D-XX-20 (Chasmae) 18. VII. 1498. Georgius et Johannes, filii qd. Ladislai Borothwa de Zentdyenes, possessiones in Felsew- et Also-Sabnycza ac Koppino Petro Mykchecz de Cyrquenna iamdudum adscriptas eidem eiusque filiae Dorotheae et Georgio Kerecheny de Kanyafelde eiusque filio Paulo 150 flor. auri coram capitulo Chasmensi vendunt. Or. S.

3427 D-XX-21 Crisii 2. VIII. 1498. Iohannes Mindzenthy de Orehowcz vicebanus et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Georgii Castellanfy de Bikzad facta apparere Martinum et Demetrium Chepurych. iobagiones eiusdem in Breztheez, a Balthasare de Alap, castellano castri Naghkemlek, eiusque hominibus graviter vulneratos esse. Or.

3428 D-XX-22 Budae 24. VIII. 1498. Wladislaus rex Bernardinum comitem de Frangapanibus, qui in Modrusio ex civibus civitatis Montis Grecensis telonea exegit, id facere vetat, praesertim cum ea civitas continuis incursionibus Turcarum aliarumque nationum plurimum desolata est. Or.

3429 D-XX-23 Budae 24. VIII. 1498. Mon. Zg. II 515, nr. 392.

3430 A-I-3 Budae 2. IX. 1498. Vladislaus rex Valentino de Abramovez Zenth Myhal eiusque filiis Nicolao, Iohanni et Ladislao arma (scutum), quibus iam antea progenitores eius ornati a Turcis in utendo impediti erant, denuo confert. Or. P.

3431 D-XX-25 In Woykowcz 4. IX. 1498. Banus Georgius de Kanysa a Stephano de Gudowcz rogatus capitulum Chasmense inquirere iubet, num Philippus litteratus ac Elias de Bwsthyncz et Georgius Zermegh de Bonthussowcz, Iohannes, filius qd. Augustini de Klokochowcz, Wera (Veronica), uxor Georgii de Ornowcz, Ladislaus et Nicolaus Lwben quosdam iobagiones petitoris vulneraverint, immo unum necaverint. Tr. 12. IX. 1498.

3432 D-XX-26 In Woykowcz 4. IX. 1498. Banus Georgius de Kanysa a Stephano de Gudowcz rogatus capitulo Chasmensi praecipit, ut inquirat, num Philippus litteratus, Elias eius gener, et Georgius Zermog decem quercus e silva Gwdowyschyna succiderint, Petrus, gener Ladislai Kalmanich, Iohannes, gener Iohannis Henek, et Iohannes Zrakar iobagionem petitoris vulneraverint; Philippus litteratus de Bwsthyncz et Georgius Zermegh de Bonthwssowcz duos cervos in silvas petitoris interfecerint, postremo num praedicti et Iohannes Augustynoich quendam Iohannem Nerinych in Dyanosowcz vulneraverint. Tr. 13. IX. 1495.

3433 D-XX-24 Crisii 12. IX. 1498. Georgius de Praschowcz coram bano Georgio de Kanysa intercessionem facit in Petrum Mykchecz de Cirquena, qui terras petitoris in Cirquena, Bablyak, Orechowcz-Zenthpeter, Bogatho, Clenowcz et Ozelteleke Georgio Kerechen, vicario temporali episcopi Zagrabiensis, donavit et a rege impetravit, ut filiam suam Dorotheam in heredem sexus masculini constitueret. Or.

3434 D-XX-25 (Chasmae) 12. IX. 1498. Capitulum Chasmense inquisitione iuxta mandatum bani Georgii de Kanysa dd. 4. IX. 1498. peracta testatur Philippum litteratum eiusque complices Stephano de Gudowcz revera vim et iniurias intulisse. Or.

3435 D-XX-26 (Chasmae) 13. IX. 1498. Capitulum Chasmense a Georgio de Kanysa bano 4. IX. 1498. iussum inquisitionem facit, ex qua apparet Philippum litteratum eiusque complices Stephano de Gwdowcz quasdam rapinas et violentias revera fecisse. Or.

3436 D-XVIII-83 Crisii 16. IX. 1498. Iohannes Wechezlawcz portiones suas in villis Fylethincz, Ialsowch, Pthychewcz (com. Cris.) Nicolao Gerdakoych eiusque uxori Dorotheae et filio Iohanni ad unam, Stephano, filio eiusdem Nicolai, eiusque uxori Annae de Globochecz ad alteram et Blasio sartori, marito Dorotheae, filiae Nicolai Gerdakoych, ad tertiam partem 50 flor. auri coram bano Georgie de Kanysa vendit; si emptores vita decesserint, eos 50 flor. libere legare possint, possessiones autem ad venditorem redeant. Or. P.

3437 D-XX-27 Crisii 16. X. 1498. Vicebani Georgius Castellanffy de Zentlilek et Iohannes de Orechowcz atque iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Stephani de Gudowcz facta apparere Petrum Dwbychak eiusque sororium Ladislaum Kerchnyewych Gregorium Suffor, iobagionem et custodem silvam petitoris, cum omnibus pecuniis pro petitore exactis in villam Steffkowcz vi abduxisse. Or. S.

3438 D-XX-28 Crisii 17. X. 1498. Vicebanus Iohannes Mindzenthy de Orechowcz et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Georgii Castellanfy de Bikzad peracta apparere Benedictum Beneze, praedialem petitoris in Bikzad, a Balthasare de Alap, castellano castri Naghkemlek, eiusque hominibus lancea transfixum esse. Or.

3439 DV-I-129 Sibenici 24. X. 1498. Arsenius Diedo, comes Sibenici, heredibus qd. Michaelis Sostarich terminum ad solvendum debitum 114 librarum 2 soldorum Dariae, viduae Jacobi Naplauich, destinat. Or. P.

3440 D-XX-29 Budae 25. X. 1498. Palatinus Stephanus de Zapolya causam inter Iohannem Hompo de Chakthornya pro mortuo Sigismundo, episcopo Quinqueecclesiensi, qui litteras quasdam exhibere et iudicium sex marcarum cum duplo et alterum trium marcarum exsolvere debuit, atque Andream, filium Petri Kaczor de Lak, pro patre mortuo, in posteriorem terminum prorogat. Or.

3441 D-XVII-87 29. XI. 1498. Wladislaus rex litteras Mathiae regis de donatione castrorum Zkrad et Oztrosyn fratribus Bewenywd dd. 14. XII. 1482. ac capituli Zagrabiensis de introductione eorundem 18. XII. editas transumit et confirmat. Or. P. S. = Tr. 25. IV. 1564.

3442 I d 12, elen. IV, p. 31 Budae XI. 1498. Wladislaus rex duci Ioanni Corvino mandat, ut de Balthasare Alapy, castellano castri Kemlek, qui familiarem lancea transfixit, 35 pecudes et 25 cubulos tritici exigat. Regestum.

3443 DC-I-7 In Brinje 1. XII. 1498. Cop. Š. 412, nr. 271.

3444 IV d 49–15 Jelowik in Brignis 3. XII. 1498. Iohannes de Frangepan possessiones fratrum eremitarum monasterii s. Nicolai in eremo Modrussiensi (in districtu Brignis) confirmat. Cop.

3445 D-XX-30 Crisii 1498. Vicebanus Iohannes de Orechowcz et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Georgii Castellanfy de Zenthlilek facta apparere Georgium Glawychych et Paulum privignum Rusan, iobagiones petitoris, a Valentino Erdewdi de Monozlo captos esse et in carcere in castro Zarwasko teneri. Or.

3446 D-XX-31 Crisii 1498. Vicebanus Iohannes de Orechowcz et iudices nobilium Comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Georgii Castellanfy de Zenthlilek peracta apparere Lucam, iobagionem petitoris in possessione Popwd, a Valentino Erdewdi de Monozlo vi abductum esse. Or.

3447 D-XX-32 Crisii 1498. Vicebanus Iohannes Myndzenthi de Orechowcz et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Georgii Castellanfy de Zenthlilek peracta apparere Balthasarem de Alap missis hominibus castri Naghkemlek iobagionem petitoris Bencze eiusque uxorem in Bykzad verberasse eisque tres florenos et 34 pecora, postea aliis iobagionibus petitoris in Bykzad currum cum frugibus et equis rapuisse. Or.

3448 D-XX-33 Crisii 1498. Iohannes de Orechowcz vicebanus atque iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Georgii Castellanfy de Zenthlilek facta apparere quatuor iobagiones petitoris 25 cubulis tritici et quatuor equis ab iobagionibus Balthasaris de Alap, castellani castri Naghkemlek, spoliatos esse. Or.

3449 Ožeg. XXXI, extr. 1, nr. 75. 1498. Palatinus Stephanus de Zapolya ex mandato Vladislai regis capitaneis praecipit, ne milites in bona nobilium intrare sinant; milites in civitatibus victualibus ex propriis stipendiis comparatis vivere teneantur. Regestum.

3450 I d 170, sub O. 1498. Andreas Pukur filiae suae Helenae quasdam portiones possessionis Bathina cedit. Regestum.

3451 I d 170, sub K. 1498. Dux Ioannes Corvinus castra Krupa et Obrovacz (com. Zagrab.) filiae Elisabethae donat. Regestum.

3452 Privil. 73 Budae 4. I. 1499. Wladislaus rex Georgio de Kanisa revocato Iohannem Corvinum officio bani ultra fungi iubet. Cop. vid. 1832.

3453 IV d 49–5 Bryniis 5. I. 1499. Juray Tomkouich sessionem Skinye monasterio s. Nicolai in Modrusia 9 ducatis vendit. Cop.

3454 D-XX-37 (Chasmae) 2. II. 1499. Capitulum Chasmaense a Wladislao rege 27. X. 1498. iussum Marcum de Iwankowcz et socios in dominium possessionum in Iwankowcz alias Wyzoka introducit. Tr. 20. V. 499.

3455 Privil. 74 Budae 4. II. 1499. Cop. vid. 1833. Kuk. Iura reg. I 241, nr. 163. (falso 5. II. 1499.)

3456 D-XX-34 (Zagrabiae) 10. II. 1499. Valentinus Gregorych, Benedictus Labowych, Thomas Benedychych, Nicolaus Gonczlewych, Matko Obadych et Antonius Wlechynych de generatione Prybe, nunc Prybych vocata de Podgorya, Stephanum Pwchych de Rokonok pro beneficiis acceptis ad possessiones qd. Michaelis et Pauli Baxych de Prybych coram capitulo Zagrabiensi admittunt et fratrem condivisionalem assumunt. Or. P. S.

3457 I d 12, elen. IV, p. 32 (Chasmae) III. 1499. Nicolaus et Georgius Herkffy portiones in Zent-Elia Ambrosio et Petro Erdögh de Mariassovcz 178 flor. coram capitulo Chasmensi pigneri obligant. Regestum.

3458 Privil. 75 Budae 1. IV. 1499. Wladislaus rex universitatem nobilium regni Sclauoniae admonet, ut ad fraudes quorundam nobilium, qui dicationem praevenientes colonos absconderint, animum attendant. Cop. vid. 1833.

3459 Privil. 76 Budae 3. IV. 1499. Kuk. Iura reg. I 242, nr. 164.

3460 D-XX-35 Budae 15. V. 1499. Wladislaus rex profitetur Georgium de Kerechen, castellanum castri Gemlech, idem castrum post mortem Oswaldi, episcopi Zagrabiensis, ad regem devolutum cubiculariis regis Petro Bwchkay et Iohanni Podnimychky restituisse. Or.

3461 D-II-8 16. V. 1499. Wladislaus rex a generatione nobilium Kristich rogatus privilegia fratribus Kres, Kupissa, Raak a Bela rege 7. X. 1264. concessa et a Ludovico 18. V. 1364. confirmata transumit et approbat. Tr. 12. II. 1583. et 2. II. 1671.

3462 D-XX-36 Simigii 16. V. 1499. Veronica, uxor Christophori de Konczka-Zenth-Damokos, filia qd. Gregorii de Han, coram conventu monasterii s. Egidii de Simigio nomine filiorum intercessionem facit in maritum Christophorum, qui Stephano de Gwdoczy confoedaratione facta possessionem Sydoczka gorycza (com. Cris.) atque tertiam partem iuris promontorii eiusdem possessionis cessit. Or.

3463 D-XX-37 Budae 20. V. 1499. Wladislaus rex confirmat litteras suas 27. X. 1498 datas, quibus Marko de Iwankowcz quasdam possessiones in Iwankowcz donat, atque litteras capituli Chasmensis 2. II. 1499. datas, quae testimonio sunt dictos iam in dominium earum possessionum introductos esse. Or.

3464 Privil. 77 Budae 22. V. 1499. Kuk. Iura reg. I 247, nr. 167.

3465 Privil. 78 Budae 22. V. 1499. Wladislaus rex magnatibus regni Sclauoniae mandat, ut pecunias fumales, quas solvere recusaverint, solvant. Cop. vid. 1833.

3466 Privil. 79 Budae 22. V. 1499. Wladislaus rex vicario Zagrabiensi praecipit, ut litteras de procuratione a iudicibus aut capitulis editas in sede spirituali agnoscat. Cop. vid. 1833.

3467 Privil. 80 Budae 22. V. 1499. (Wladislai regis) litterae de dica universitati nobilium regni Sclavoniae datae. Cop. vid. manca 1833.

3468 IV d 49–16 Budae 23. V. 1499. Vladislaus rex possessionem Verchricha claustro b. Nicolai prope Modrussam in Guozd donat et omnes possessiones fratrum eremitarum nova donatione eis confert. Cop.

3469 Privil. 81 Budae 24. V. 1499. Kuk. Iura reg. I 245, nr. 166.

3470 D-XX-38 (Chasmae) 25. V. 1499. Antonius, decanus praebendariorum Chasmensium, se a Georgio Kerecheny, herede Petri Mykchecz de Cyrquenna, decem flor. a qd. Martha, uxore dicti Petri, sibi legatas recepisse coram capitulo Chasmensi profitetur. Or.

3471 Privil. 82 Budae 24. V. 1499. Vladislaus rex archiepiscopo Strigoniensi et toti curiae regiae mandat, ut secundum permissionem diaetae in campo Rakos habitae ex causis a bano curiae propter appellationem transmissis saltem unam quoque die extra seriem diiudicent. Cop. vid. 1833.

3472 Privil. 83 Budae 27. V. 1499. Wladislaus rex universitati nobilium regni Sclauoniae mandat, ut in congregatione de violenta abductione colonorum disceptet idque fieri vetat. Cop. vid. 1833.

3473 D-XX-39 Budae 30. V. 1499. Vladislaus rex fratribus eremitis b. Pauli in claustro b. Nicolai conf. prope Modrussam possessionem Verchicha cum tributo, domum in Modrussa, atque omnia alia bona, quae possident, novae donationis titulo simul cum iure regio confert. Cop. saec. XVIII.

3474 D-XX-50 Segniae 3. VI. 1499. Franciscus, filius magistri Georgii Xinschouich, civis Segniae, coram iudicibus et notario civitatis Segniae confitetur se 217 ducatos tamquam dotem suae qd. uxoris Iohannae ab eius fratribus Iohanne, Antonio, Georgio, filiis Gasparis de Ponte, recepisse. Ex uno folio quaterni notarii civitatis Segniae.

3475 D-XX-50 Segniae 3. VI. 1499. Iohannes, Antonius, Georgius, filii Gasparis de Ponte, Boneto de Quarinellis de Bergamo, cognato suo, 140 ducatos coram iudicibus et notario communis Segniae dare promittunt. Ex uno folio quaterni notarii civitatis Segniae.

3476 D-XX-40 Budae 18. VI. 1499. Wladislaus rex archidiaconis Zagrabiensibus, qui ab executoribus testamenti Oswaldi episcopi, ut quartam proventuum partem ab episcopo retentam sibi redderent, poscebant, praecipit, ne eos impediunt, quod id ab episcopo vivente poscere debuerint. Or.

3477 D-XX-41 (Chasmae) 25. VI. 1499. Nicolaus, filius Valentini Palfy de Zenth-Myhal et Elenae, filiae qd. Petri de Chesmycze, omne ius in possessionibus Cirquenna, Polyana, Oreshowczentpeter, Klenowcz et Bogatho Georgio Kerecheny, qui ius quartalicium dominae Elenae pecunia absolvit, coram capitulo Chasmensi transfert. Or. S.

3478 Privil. 84 Budae 6. VIII. 1499. Vladislaus rex nobilibus regni Sclauoniae praecipit, ut postquam Oswaldus episcopus fatis cessit, secundum concordiam cum eo initam usque ad alium episcopum electum decimas regi et domino terrestri pendant. Cop. vid. 1833.

3479 D-XX-42 Budae 14. VIII. 1499. Wladislaus rex Petro Bochkay de Razyna-Kerezthur mandat, ut totum aes alienum, quod eius iobagiones civibus de Rakospurga debent, solvat, ut idem cives bona civium oppidi episcopatus Zagrabiensis Dombro pro eo aere alieno retenta restituant. Or. S.

3480 DV-I-114 Veglae vel Chersi? 22. VIII. 1499. Alovisius Belligno, Joannes Malipiero, Tomas Marino, iudices, ad petitionem Castellanae et Mariae Superantio, filiarum qd. Jacobi Superantio contra procuratores bonorum et pupillorum qd. (Jacobi ?) Superantio de dimidia parte bonorum mobilium qd. Ludovici ..... qd. Andreae, earum consobrini mortui ab intestato, pactum quoddam a procuratoribus in damnum dictarum sororum factam cassant et reos ad expensas condemnant. Or. valde exesum cum signo not. P.

3481 Privil. 85 Budae 26. VIII. 1499. Wladislaus rex ad rogatum Gregorii, presbyteri de Bela, omnibus magistratibus mandat, ut Helenam, servitricem petitoris fugitivam, reperiant eamque damnum resarcire cogant. Cop. vid. 1833.

3482 D-XX-43 Veglae 29. VIII. 1499. Filii filiaeque qd. Dorotheae, viduae Jacomini ......de Donath, quasdam vineas iuxta Dobaszniczam monasterio s. Hieronymi donant. Or. exesum cum signo not. P.

3483 Privil. 86 Budae 10. IX. 1499. Wladislaus rex Nicolao Vojkffy de Woykkerezthwr, protonotario regni Sclavoniae, mandat, ut fideiussoribus acceptis bona Georgio Zempchey, qui adhuc condemnatus non est, remittat. Cop. vid. 1833.

3484 D-XVIII-87 Warasdini 11. X. 1499. Georgius de Zawosya, vicecomes comitatus Warasdiensis, testatur ex inquisitione facta apparere vicebanum Marchynko de Oztherez pristinam compositionem inter Georgium, comitem Zagoriae, et Georgium Golecz de exemptione thelonei et usu silvarum observare noluisse. Tr. 14. II. 1571.

3485 Privil. 87 Budae 21. X. 1499. Cop. vid. 1833. Kuk. Iura reg. I 244, nr. 165.

3486 Privil. 89 Posonii 23. XI. 1499. Wladislaus rex universitatem nobilium regni Sclauoniae invitat, ut legatos ad diaetam Budae 6. I. 1500. habendam mittat. Cop. vid. 1833.

3487 D-XX-48 In Megwreche 8. XII. 1499. Banus Iohannes Corvinus capitulum Chasmense Georgium Kerecheny admonere iubet, ut Georgio, filio qd. Blasii de Prosthencz, possessiones in Cyrquenna, Orechowczenthpeter, Bogacho et Klenowcz iniuste occupatas restituat. Tr. XII. 1499.

3488 D-XX-45 In Wyhel 17. XII. 1499. Sophia, uxor Iohannis Pezory, procuratores coram bano Iohanne Corvino constituit. Or. S.

3489 D-XX-50 Segniae 18. XII. 1499. Presbyter Siluester Bedricich eiusque fratres duos viros probos ad »aptandam quandam differentiam« cum fratre eorum Antacho coram iudicibus et notario communis Segniae eligunt. Ex uno folio quaterni notarii Segniensis.

3490 D-XX-46 (Zagrabiae) 29. XII. 1499. Apocha, qua capitulum Zagrabiense 300 flor. tamquam decimas inter flumina Muram et Drawam pertinentium castrorum Chakthornya et Triga pro anno 1499 secundum compositionem a Sigismundo, episcopo Quinqueeclesiensi, eiusque fratre Iohanne Ernusth de Chakthornya se accepisse testatur. Or. P.

3491 D-XX-47 In Bogacho 29. XII. 1499. Paulus, plebanus eccl. b. Mariae v. de Minore Kemlek, quasdam terras arabiles in Isanowcz, sibi nuper legatas, Nicolao de Czwnowcz uno floreno et viginti solidis coram Iohanne de Cherzthweczenthpeter, iudice nobilium comitatus Cris., reimpignorat. Or.

3492 D-XX-48 (Chasmae) 1499. Capitulum Chasmense bano Iohanni Coruino nuntiat Georgium Kerecheny iuxta mandatum bani dd. 8. XII. 1499. admonitum esse, ut Georgio, filio qd. Blasii de Prosthencz, possessiones iniuste occupatas restitueret, quod cum facere noluisset, in ius Crisium evocatum esse. Or.

3493 Privil. 90 Budae 1499. Wladislaus rex bano mandat, ut latrones extirpet. Cop. vid. 1833.

3494 D-XX-44 1499. Testamentum Christophori de Konzka Zagrabiae 27. IV. 1500. confirmatum. Or. mercum. S. = Cop. moderna.

3495 D-XX-49 Crisii 1499. Vicebani Balthasar de Alap et Marthynko de Predriho et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Stephani de Gwdowcz facta apparere Gregorium de Wrnowcz eiusque uxorem Veronicam de Klokothowcz a. 1498. vel 1499. duos boves Iohanni Iakusycz, iobagioni petitoris in Palchopolye, rapuisse. Or.

3496 Ožeg. XXXI, extr. 1, nr. 92 1499. Vladislaus rex praecipit, ut exactioni cuiuscumque tributi, quae antiquo modo fieri debeat, homo banalis intersit. Regestum.

3497 Sermag. XLVI, elen. IV. 1499. Vladislaus rex Ioanni et Gasparo de Gyula bona Francisci et Georgii Dracsai de Dabolna pro sexu masculino confert. Regestum.

3498 I d 170, sub K. 1499. Dux Ioannes Corvinus possessionem Zampnicza ad castrum Krupa pertinentem uxori Beatrici de Frangepan donat. Regestum.

3499 XXI-2/11 (elen.) nr. 46. 1499. Georgius et Petrus de Konszka eorumque mater Veronica alienationem possessionis Konszka, castellorum Szelnicza et Sosoubergh iuridice prohibent. Regestum. = Or. valde mancum (D-XX-58).

3500 D-XX-64 1499. Veronica, Christophori de Konzka vidua, Claram, viduam Georgii Spyranchich, eiusque filium Paulum et filias Elenam, Ieronimam et Potentianam ab occupatione bonorum Konczka-Szent-Domankus, Zelnyche-Szenth-Domankus et Chyanyo (com. Cris.) necnon Sossumberg (com. Zagrab.), item Stephanum de Gwdowcz ab occupatione bonorum Pongraczyowch, Wrasya gorycza, Wokonowzka goricza coram capitulo Chasmensi iuridice prohibet. Or. mancum.

3501 D-XX-53 Inter ann. 1466 et 1499. Declaratio de decimis tempore Eberhardi et Iohannis, episcoporum Zagrabiensium, coram delegatis Oswaldi episcopi (1466–1499) facta. Or. mancum.

3502 D-XX-52 Cca. 1498/9. Expositio episcopo Quinqueecclesiensi pro Iohanne de de Gwla et Ludovico Zerechen de Inczthequa, executoribus testamenti qd. Sigismundi, episcopi Quinqueecclesiensis, facta, qui a fratre Sigismundi Iohanne Ernust alias Hampo de Chakthornya necis episcopi et testamenti suppositi insimulati sunt. Or.

3503 D-XX-55 20. VIII. 14.. Thomas .... quendam Stephanum, qui debitum pro venditis terris persolvit quittum dicit. Or. valde mancum.

3504 D-XX-56 XII. 14.. Emericus Zaz bona in Gerdynowcz (com. Cris.) fratribus Georgio ac Nicolao Boboychych de Corbauia confert ea condicione, ut post decessum eorundem ad heredes suos devolvantur. Or. mancum.

3505 D-VIIa-146 (Chasmae) 14.. Capitulum Chasmense a Georgio, filio Petri ...., rogatum ei nuntiat ex inquisitione apparere petitorem in possessione Rokonok a quodam contumeliis et verberum plagis affectum esse. Or. mancum.

3506 D-XX-65 14.. Veronica, filia Blasii de Myklousewch, .... filium olim Pauli litterati de Myklousewch a detentione quorundam bonorum iuridice prohibet. Or. valde mancum.

3507 D-XX-57 Saec. XV. 8. V. Filomena, Benedicti litterati de Gothalowcz filia, duas sessiones in possessione Drassowcz ignoto nobili pignori obligat. Or. mancum.

3508 D-XX-66 Saec. XV. Documentum, ex quo ob litteras corruptas nihil erui potest, ad quendam pontificem maximum datum. Margarita quaedam Busanicz nominatur. Or. Scriptura evanescens. P. Circum circa ornamenta variis coloribus depicta sunt.

3509 D-XX-59 Saec. XV. Concordia inter partes de bonis Belowarczensibus litigantes arbitris urgentibus inita. Or. valde mancum.

3510 DV-I-1a Lesinae saec. XV. Enumerantur 14 petiae agri in campis s. Stephani et Verbani, in locis Napressina, Stane, Saborga, Podstrane. Or. valde mancum.

3511 DV-I-2 Saec. XV. Spaleti. Testamentum cuiusdam clerici. Or. valde mancum.

3512 D-XX-54 Saec. XV. Petermannus de Alben Gregorium ..... in dominium cuiusdam possessionis introducit. Or. valde mancum. P.

3513 D-XX-54 Saec. XV. Scidula de denariis regi et praelatis et baronibus datis. Or. valde mancum.

3514 D-XX-54 Saec. XV. Praeceptum ut inquisitio Crisii fiat, num Sigismundus et Ladislaus de Cheberkoucz curiam in Bontussowcz aggressi quendam iobagionem episcopi interfecerint. Or. valde mancum.

3515 D-XX-54 Saec. XV. Fragmentum testamenti Elenae, viduae Stephani Kersar, postea uxoris Benedicti, litterati de Wir ...., in Thoplik conscripti, quo arae s. Elenae in ecclesia s. Martini multa legat. Or. mancum.

3516 D-XX-62 Saec. XV. Capitulum Chasmense a Clara, filia Thomae, filii Mykowich de Zelnyk, rogatum transumit binas litteras Pauli, filii Georgii Chupor de Monozlo, iudicis comitatus Crisiensis, coram quo Michael, filius Casymiri, et Petrus, filius Andreae de Zenthpeter, octavam partem possessiones Zenthpeter una cum molendino in fluvio Kameschicza Martino, plebano de Kemlek, eiusque fratri Georgio, filiis Stephani de Globocheucz, necnon Dionysio et Valentino, filiis Michaelis ex domina Elymer de Patak descendentibus, vendiderunt. Or. mancum.

3517 D-XX-54 Saec. XV. exeunte. Actio Iohannis Ernwsth contra Valentinum de castro Blathnycza coram Stephano de Zapolya mota. Or. valde mancum.

3518 D-XX-61 Saec. XV. exeunte. Emericus de Rauen tres sessiones iobagionum, duas populosas et unam desertam in Orechovez (com. Cris.) sitas duobus nobilibus de eadem 15. flor. coram bano Iohanne Corvino vendit. Or. mancum.

3519 D-XX-50 Segniae 16. I. 1500. Petrus de Depussanc (?) Francisco de Thomaxo decem ducatos coram iudicibus et notario Segniae mutuos dat. Ex uno folio quaterni notarii civitatis Segniae.

3520 D-XX-50 Segniae 17. I. 1500. (Italice) Margarita, filia Mathessae de Valle, quae olim filiam Iacobi, filii Nicolai Chamissa, uberibus aluit, sibi stipendium exsolutum esse declarat. Ex uno folio quaterni notarii civitatis Segniae.

3521 DC-II-2 In Brinje 19. I. 1500. Kukuljević: Acta Croatica 180, nr. 165.

3522 Privil. 91 Budae 30. I. 1500. Wladislaus rex ad rogatum universitatis nobilium regni Sclauouiae diaetam Crisii habendam ob »mortalitatem« prorogat. Cop. vid. 1833.

3523 I d 32, elen. IV, p. 35 In Szolnyok 22. II. 1500. Testamentum Georgii Kastellanffy de Zentlelek ad expeditionem contra Turcas abeuntis. Regestum.

3524 D-VII^a-128 In Jasztrebarszka 24. II. 1500. Joannes Corvinus dux generationem Cvetkovics a solutione tributi castro Lipovacz liberat. Tr. 12. V. 1657.

3525 D-XXI-7 In Woykowcz 1. III. 1500. Iohannes Corvinus banus capitulo Chasmensi praecipit, ut in causa Stephani de Gwdowcz contra Philippum litteratum eiusque complices et contra Paulum Markoych et alios de vi a. 1494. illata accusatos inquisitionem faciat. Tr. 11. III. 1500.

3526 D-XXI-5 In Woykowcz 1. III. 1500. Iohannes Corvinus banus capitulo Chasmensi praecipit, ut in causa Stephani de Gwdowcz et Pauli litterati de Morawcz contra Elyam Bosnyak, provisorem curiae castri Iaycza, eiusque complices de vi accusatos inquisitionem faciat. Tr. 10. III. 1500.

3527 D-XXI-6 In Woykowcz 1. III. 1500. Iohannes Corvinus banus capitulo Chasmensi praecipit, ut in causa Stephani de Gwdowcz, Pauli de Morawcz et Petri Berlechych de Swyzthowcz contra Philippum litteratum, Eliam Bosnyak eorumque complices de vi accusatos inquisitionem faciat. Tr. 11. III. 1500.

3528 D-XXI-9 In Woykowcz 1. III. 1500 Iohannes Corvinus banus capitulo Zagrabiensi praecipit, ut in causa Stephani de Gwdowcz et Pauli de Morawcz contra Elyam Bosnyak eiusque complices de vi accusatos inquisitionem faciat. Tr. 17. III. 1500.

3529 D-XXI-8 In Woykowcz 2. III. 1500. Iohannes Corvinus banus capitulo Chasmensi praecipit, ut in causa Francisci de Zemche contra Georgium de Zemche de vi illata accusatum inquisitionem faciat. Tr. 11. III. 1500.

3530 D-XXI-4 Budae 8. III. 1500. Wladislaus rex Bartholomeo, priori Auranae, et Cristophoro Swbych de Pernya, notario cancellariae regiae, eiusque fratri Georgio castellum et possessionem Zwynycza, quae post mortem Stephani Pozobchych per defectum seminis ad regem devoluta sunt, simul cum iure regio confert. Or. P.

3531 D-XXI-10 Budae 8. III. 1500. Wladislaus rex capitulo Chasmensi praecipit, ut Bartholomeum, priorem Auranae, et Christophorum Swbych de Pernya eiusque fratrem Georgium in dominium castelli et possessionis Zwynnycha introducat. Tr. 27. III. 1500.

3532 D-XXI-5 (Chasmae) 10. III. 1500. Capitulum Chasmense a bano Iohanne Corvino 1. III. 1500. iussum eidem nuntiat ex inquisitione contra Eliam Bosnyak, provisorem curiae castri Iayeza, eiusque socerum Philippum, Georgium Zermegh de Bwschyncz, Paulum Markoych de Mykethyncz, Petrum Lymarych de Szizthowcz, Stephanum de Bykalya, Dorotheam, viduam Nicolai de Kamarcza, qui omnes a Stephano de Gwdowcz et Paulo litterato de Morawcz de vi accusati sunt, facta apparere querelas veras esse, quare reos in ius evocatos esse. Or.

3533 D-XXI-6 (Chasmae) 11. III. 1500. Capitulum Chasmense bano Iohanni Corvino nuntiat ex inquisitione 1. III. 1500. iussa apparere Philippum litteratum, Elyam Bosnyak, Georgium Zermegh de Bwschyncz, Petrum Laczoycz de Bwthczyncz, Sigismundum, episcopum Quinqueecclesiensem, Stephanum de Bykalya, Urbanum de Drasowcz re vera de vi et spoliatione bonorum Stephano de Gwdowcz, Paulo litterato de Morawcz ac Gregorio et Petro Berlechych illatis reos esse, quare in ius evocatos esse. Or.

3534 D-XX-7 (Chasmae) 11. III. 1500. Capitulum Chasmense bano Iohanni Corvino nuntiat ex inquisitione 1. III. 1500. iussa, contra Philippum litteratum eiusque generum Eliam Bosnyak et Georgium Zermegh de Busthyncz, qui a. 1494. armigeros et huzarones bani Ladislai de Kanysa ad possessionem Plawnycza-Zenthbenedek Stephani de Gudowcz, ut eam spoliarent, adduxerint, praeterea contra Paulum Markoych, Stephanum Perecz de Gerecz, Stephanum de Bykallya, quos Stephanus de Gudowcz et Paulus litteratus de Morawcz de vi reos fecerunt, peractam esse et ex ea apparuisse querelas veras esse, quare reos in ius evocatos esse. Or.

3535 D-XXI-8 (Chasmae) 11. III. 1500. Capitulum Chasmense bano Iohanni Corvino nuntiat ex inquisitione a bano 2. III. 1500. iussa apparere querelam Francisci de Zemche contra Georgium de Zemche de vi illata et spoliatione bonorum veram esse, quare hunc in ius evocatum esse. Or.

3536 D-XXI-9 (Zagrabiae) 17. III. 1500. Capitulum Zagrabiense a bano Iohanne Corvino 1. III. 1500. iussum eidem bano nuntiat ex inquisitione contra Eliam Bosnyak, provisorem curiae castri Iaycza, eiusque socerum Philippum, Geor-

gium Zermegh de Bwschynez, Paulum Markovch de Myketlıynez, Petrum Lymarych de Swiztbowcz, Stephanum de Bykalya, Dorotheam, viduam Nicolai de Kamarcza, qui omnes a Stephano de Gwdowcz et Pauli litterato de Morawcz de vi accusati sunt, peracta apparere querelas veras esse. Or.

3537 D-XXI-10 (Chasmae) 27. III. 1500. Capitulum Chasmense bano Iohanni Corvino nuntiat, cum a Wladislao rege 8. III. 1500. iussum Bartholomeum, priorem Auranae, et Christophorum Swbych de Pernya in dominium castelli et possessionis Zwynuycha introducere voluisset, Elenam, viduam Stephani Pozopchich, ei statutioni contradixisse, quare eam in ius vocatam esse. Or.

3538 D-XXI-11 In Woykowcz 30. III. 1500. Iohannes Corvinus banus capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Marthynkonem de Swpanpothok alias de Predryhowo in dominium castri Ozterez introducat. Tr. 18. IV. 1500.

3539 I d 12, elen. IV, p. 35 III. 1500. Georgius Kastellanffy de Zentlelek et Ursula, exor Stephani de Zemche, banum Iohannem Corvinum ab impetratione bonorum Bikzad iuridice prohibent. Regestum.

3540 D-XXI-11 (Zagrabiae) 18. IV. 1500. Capitulum Zagrabiense a bano Iohanne Corvino 30. III. 1500. iussum Marthynkonem de Swpanpothok alias de Predryhowo in dominium castri Oztercz introducit. Or. P. = Tr. per summa capita 20. II. 1517.

3541 D-XXI-12 (Zagrabiae) 28. IV. 1500. Georgius, filius qd. Christophori de Konzka, coram capitulo Zagrabiensi intercesionem facit contra Wladislaum regem, ne conferat, et contra Stephanum de Gwdowcz et Georgium Spyryanchych. ne accipiant suam et sui fratris possessionem et curiam Konzka, nec non possessionem et castellum Zenthdamankos. Or.

3542 D-XXI-13 Budae 7. V. 1500. Wladislaus rex Andreae, filio qd. Nicolai Bwdor de Bwdrowcz, possessiones eius Bwdrowcz et Wezelowcz atque portiones in Themerye, Philipowcz, Iwanowcz, Blatheze novae donationis titulo simul cum iure regio confert. Or. P.

3543 D-XXI-14 Budae 7. V. 1500. Wladislaus rex capitulo Chasmensi praecipit, ut Andream, filium qd. Nicolai Bwdor de Bwdrowcz, in dominium possessionum eius, quas ei simul cum iure regio titulo novae donationis contulit, introducat. Tr. post 18. XII. 1500.

3544 D-XIX-59 Budae 13. V. 1500. Wladislaus rex donationi castri Oztherez ab Iohanne Corvino Marthynkoni de Swpanpothok factae consentit. Tr. per summa capita 20. II. 1517.

3545 Privil. 92 Budae 24. V. 1500. Vladislaus rex Ioanni Corvino bano praecipit, ut omnes causas a 6. I. usque ad 8. III. e. a. motas ad finem perducat. Cop. vid. 1833. = Cop. rec. (D-XXXVIII-1).

3546 Privil. 93 Budae 24. V. 1500. Wladislaus rex omnes litteras prorogatorias a se praelatis et baronibus regni Sclavoniae editas ad nihilum redigit. Cop. vid. 1833.

3547 D-XIX-59 (Chasmae) 1. VI. 1500. Andreas Lendekar de Bathyna quattuor portiones in Bathyna Martino de Predryko coram capitulo Chasmensi 1500 flor. auri vendit. Tr. 20. II. 1517.

3548 DC-I-9 Budae 14. VI. 1500. Wladislaus rex conventui s. Nicolai in Gvozd varia bona confirmat. Cop. saec. XVIII.

3549 Jelačić XXV, libellus In Pech-Varad 18. VI. 1500. Gregorius et Michael de Gyulla portiones in castro Vinicza (com. Varasd.), in castello Dobocz (com. Cris.) ac in castro Harsan (com. de Baronya) cum portionibus in possessione Gyulla (com. de Baronya) et 3500 flor. sub certis condicionibus coram conventu Pech-Varadiensi commutant. Tr. 10. VI. 1760.

3550 DV-II-1 Jadrae 14. VII. 1500. Franciscus Venerio, comes Jadrae, testamentum qd. Magdalenae, viduae Galeaci de Cresana ad rogatum Donati, filii eius, validum declarat etque in publicam formam redigit. Cop. saec. XVII.

3551 DV-II-2 Pagi 3. VIII. 1500. Petricus Franciscus, canonicus Pagi, terras in districtu Jadrae apud ecclesiam s. Mariae, in villa Bocagnatii et in loco Strasize magistro Ferando de Capua, habitatori Jadrae, ducatis 90 auri vendit et terminos solvendi usque ad a. 1508. statuit. Cop. saec. XVII.

3552 D-XXI-116 Crisii 7. VIII. 1500. Petrus presbyter coram capitulo Chasmensi confitetur se inquisitione facta omnia, quae in querella de laesione cuiusdam Blasii producta essent, vera invenisse. Or. mancum.

3553 Privil. 94 Budae 20. VIII. 1500. Wladislaus rex omnes nobiles regni Sclauoniae pecunias »exercituales« solvere iubet. Cop. vid. 1833.

3554 Privil. 95 Budae 20. VIII. 1500. Wladislaus rex universitati nobilium regni Sclauoniae praecipit, ut decimam iuxta antiquam consuetudinem Lucae, episcopo Zagrabiensi, solvat. Cop. vid. 1833.

3555 Privil. 96 Budae 29. VIII. 1500. Wladislaus rex nobilibus regni Sclauoniae subsidium quinquaginta denariorum ad quadraginta denarios deminuit. Cop. vid. 1833.

3556 Privil. 97. Budae 20. VIII. 1500. Wladislaus rex universitati nobilium regni Sclauoniae committit, ut subsidium 40 denariorum dicatoribus solvat. Cop. saec. XIX.

3557 Privil. 98 Budae 1. IX. 1500. Wladislaus rex capitulum Quinqueecclesiense monet, ne loco »bonorum et utilium gentium« praediales ad exercitum mittat. Cop. vid. 1833.

3558 Privil. 99 Budae 1. IX. 1500. Wladislaus rex capitulum Zagrabiense monet, ne loco »bonorum et utilium gentium« praediales ad exercitum mittat, hi praediales vero »de singulis decem singulum unum equetem« contribuant. Cop. vid. 1833.

3559 Privil. 100 Budae 27. IX. 1500. Wladislaus rex Nicolao Wojkffy, protonotario regni Sclauoniae, mandat ut de damnis ab Elia de Busthinecz, provisore castri de Jaycza, iobagionibus castri Athyna illatis inquirat. Cop. vid. 1833.

3560 Privil. 101 In Ivanich 27. IX. 1500. Lucas, episcopus Zagrabiensis, nobilibus declarat solutione decimae huius anni iura eorum non diminui. Cop. vid. 1833.

3561 D-XXI-14 (Chasmae) post 18. XI. 1500. Capitulum Chasmense a Wladislao rege 7. V. 1500. iussum testatur se Andream, filium qd. Nicolai Budor de Budrowcz, 13. XI. in dominium possessionum Budrowcz et Wezelowcz et 18. XI. 1500. in dominium portionum in Themerye, Philipowcz, Iwanowcz et Blatheze introduxisse. Or. P.

3562 Ožeg. XXXI, extr. 1, nr. 99 1500. Vladislaus rex Nicolao Voykffy de Voik-Kereztur, regni Sclavoniae protonotario, praecipit, ut bona Georgii Zenchey confiscata eidem reddantur. Regestum.

3563 Ožeg. XXXI; extr. 1, nr. 107 1500. Vladislaus rex Ioanni Corvino praecipit, ut evocationes iam factae usque ad futura iudicia octavalia in vigore maneant. Regestum.

3564 Jelačić 78: Elen. Georg. Jellachich 1763, p. 2 Zagrabiae 1500. Balthasar Allapi in dominio possessionum Obress, Ottok, Novaki, Okuje et Podbresje statuitur. Regestum.

3565 Ožeg. XXXI, extr. 1. p. 15 1500. Vladislaus rex bano praecipit, ut sigillum iudicii secundum consuetudinem »in manus regnicolarum assignet«. Regestum.

3566 I d 170, sub S. 1500. Rex contractui inter Iohannem Sibrin eiusque uxorem et Lucam Šibrinovcz de portionibus in Sibrinovcz, Patak etc. consentit. Regestum.

3567 D-XXI-1 Cca. 1500. Iohannes, Crapinae cappellanus, »dominos suos reverendos« orat, ut caristia annonae visa vineam suam praebendalem vendere permittant, cum iam secundum annum nihil ab ecclesia perceperit. Affirmat praeterea se nunquam aliquid contra deum vel fratres suos dominos vel communitatem commisisse. Or.

3568 D-XXI-2 Cca. 1500. Promemoria Andreae notarii de quadam actione .Actor est magister Stephanus hospitalis Chasmensis, adsunt Georgius de Prasnycha, Michael de Crisio et alii. Iudex decernit paria rotuli a reo exhibiti actori tradi et causam prorogat. Or. mancum.

3569 D-XX-3 Cca. 1500. Index vinearum in Glawnycza, Ztrasythye et Nyakossowcz; earum situs et possessores, cuius coloni sint, enumerantur. Fragm. ex libello quodam extractum.

3570 DC-II-3 Segniae Cca. 1500. Kukuljević: Acta Croatica 179, nr. 164.

3571 D-XXXVIII-2 Cca. 1500. Moniales claustri b. M. v. in Ivanych coram rege episcopum Zagrabiensem accusant, quod sibi omnia bona, iobagiones et decimas ademerit et usurpaverit, se autem ex claustro expulerit et sibi et ecclesiae suae plus quam 6000 flor. damna intulerit. Cop. rec.

3572 D-XXI-15 (Zagrabiae) 15. I. 1501. Elena, filia Andreae Lendekar de Bathyna, portionem in possessione Bathyna (com. Varasd.) Martino Marthynkoni de Prydryho 65 flor. auri coram capitulo Zagrabiensi vendit. Or.

3573 D-XXI-16 Crisii 5. II. 1501. Georgius Castellanffy de Zenthlelek Franciscum Beryzlo de Grabarya eiusque uxorem Barbaram, viduam Wok despoti, atque eius castellanum castri Feyerkew Iohannem Pawlychych coram bano Iohanne Corvino accusat, quod suas piscinas spoliassent suosque iobagiones in Rosecznyk et Komaryn depraedati essent, quae omnia duabus inquisitionibus comprobata sunt. Quae cum rei negassent, banus sententiam tulit, ut tres rei 150., quilibet videlicet eorum 50, se nobilibus in ecclesia s. Crucis Crisii iuramento se purgarent et in facie oppidi Dworysche iudicium de suis iobagionibus et familiaribus ignobilibus facerent. E nota tergo apposita apparet Francisco Beryzlo, qui interea banus factus est, eiusque castellano iuramentum remissum esse, tamquam si id deposuissent, Barbaram vero id non deposuisse. Or.

3574 D-XXI-23 Crisii 6. II. 1501. Banus Iohannes Corvinus capitulo Chasmensi mandat, ut Iliskam, filiam qd. Iohannis, filii Thomae Krehen de Wuzmekowcz, a qua Michael, nepos Elizabeth, filiae eiusdem Thomae, iam a. 1495. dimidiam partem possessionem Wuzmekowcz et Dykowcz repetiverat, in ius vocet, ubi litteras de proprietate earum possessionum exhibeat, quod quamquam promiserat nunquam fecit, quare etiam iudicio trium marcarum aggravata est. Tr. 20. IV. 1501.

3575 D-XXI-17 Crisii 8. II. 1501. Sententia bani Iohannis Corvini in causa magistri Andreae Bwdor de Bwdrowcz, qui tamquam natu maior a Catharina, vidua Blasii Bwdor de Bwdrowcz, tunc uxore Georgii More de Zeyana Hrazthya, et a Christophoro, filio Blasii, litteras de possessionibus Bwdrowcz, Wezelowcz, Themerye, Philipowcz, Iwanowcz et Blacze repetivit. Catharina eas proximo termino Epiphaniae exhibere promittit et obligatur. Or.

3576 D-XXI-18 Crisii 9. II. 1501. Cum Franciscus Berizlo de Grabarya eiusque uxor Barbara, vidua Wok despoti, a Georgio Castellanfy de Zenthlelek de vi rei facti, intercessione proborum et nobilium virorum pacis unionem fecerint, qua se actori 40 flor. persolvere et 40 porcos unius aetatis dare obligaverunt, sed fide facta litteras expeditorias habere contenderint, banus Iohannes Corvinus sententiam fert, ut eas litteras 13. I. 1501. exhibeant. Or.

3577 D-XXI-27 Zagrabiae 10. II. 1501. Matheus, canonicus et vicarius generalis ecclesiae Zagrabiensis, in causa inter magistrum Antonium, maiorem praepositum Zagrabiensem, et Iohannem, abbatem monasterii b. Mariae v. de Toppwzka, de decimis litem actori diiudicat. Tr. 28. VII. 1501.

3578 D-XXI-19 (Chasmae) 10. II. 1501. Veronica, vidua Christophori de Konzka Claram, viduam Georgii Spyranchych, eiusque liberos »a consumatione testamenti a suo marito indebite facti« coram capitulo Chasmensi iuridice probibet. Or.

3579 D-XXI-20 Crisii 11. II. 1501. Cum Catherina, uxor Petri Fynthych, Anna, uxor Stephani Fynthych, et Anna, uxor Petri Bradych de genere Mykchecz, a Georgio Kerechyny e possessionibus qd. Mykchecz in Czyrquenya, Sabnycza, Bablyak, Orechowcz-Zenthpeter eas portiones, quae ius femineum concernunt, et e ceteris ius quartalicium poposcerint, Georgius vero contra eas petitiones litteras hereditatis exhibere promiserit, banus Iohannes Corvinus Georgio mandat, ut eas litteras exhibeat. Or.

3580 D-III-1 Chasmae 24. II. 1501. Lucas, episcopus Zagrabiensis, litteras Osvaldi, episcopi Zagrabiensis, de privilegiis hospitum villae Wgra 14. XI. 1468. editas transumit et confirmat. E notis additis apparet episcopos Zagrabienses Simonem die ignoto et Casparem Stankovachky 24. IV. 1591. has litteras confirmasse. Or. P.

3581 Privil. 102 Budae 26. II. 1501. Wladislaus rex praelatos, barones et ceteros regnicolas adhortatur, ut sibi a bonis eorum super 45 denarios iterum 25 denarios in subsidium persolvant. Cop. vid. 1833. = Cop. rec. (D-XXXVIII-3).

3582 DV-II-3 Jadrae 14. III. 1501. Petrus Sagredo, comes Jadrae, praeceptum testamenti qd. Pauli de Cedulinis de ducatis 100 Jacobo et Simeoni, nepotibus eius legatis approbat. Or. P.

3583 D-VII^b-91 Chasmae 14. III. 1501. Lucas, episcopus Zagrabiensis, ad preces Luciae, filiae qd. Stephani de Pergosych, litteras Martini de Kachendorf, vicarii temporalis Benedicti, episcopi Zagrabiensis, dd. 21. IV. 1406. transumit, quibus affirmatur Martinum Fachych de Iwanych portionem praedii in villa Mikwlinch Stephano Pergosych vendidisse. Tr. 29. I. 1521.

3584 D-VIII-114 Chasmae 15. III. 1501. Lucas, episcopus Zagrabiensis, ad rogatum David Zakrych litteras a Eberhardo episcopo a. 1414. editas, ab Iohanne episcopo a. 1423. et ab Osvaldo a. 1468. transumptas confirmat. Nota litteris dd. 1468. adscripta.

3585 D-VII^a-127 Chasmae 17. III. 1501. Lucas, episcopus Zagrabiensis, privilegia Maioris et Minoris Lupoglav ab Iohanne episcopo 15. VI. 1388. concessa et ab

episcopis Eberhardo 9. VII. 1399., Iohanne 6. V. 1423., Osvaldo 22. XI. 1468. confirmata denuo transumit et approbat. Tr. 3. II. 1521.

3586 D-VIII-115 Chasmae 18. III. 1501. Lucas, episcopus Zagrabiensis, transumit litteras Eberhardi, episcopi Zagrabiensis, dd. 29. I. 1415. de donatione quarundam villarum Nicolao, praeposito Varasdiensi, et Sebastiano de Iwanych. Quae autem litterae ab eodem Eberhardo 10. VII. 1416., ab episcopo Iohanne 7. V. 1423. et ab episcopo Osvaldo 12. XI. 1468. confirmatae sunt. Or. valde evanescens. P.

3587 D-IV-57 Chasmae 26. III. 1501. Lucas, episcopus Zagrabiensis, litteras Jacobi, episcopi Zagrabiensis, de donatione clerico Bank eiusque fratribus facta 28. VI. 1348. editas, ab episcopis: Eberhardo 4. X. 1398. et 30. VI. 1416., Iohanne 25. IV. 1423., Osvaldo 26. XI. 1468. confirmatas transumit et sancit. E notis additis apparet hoc documentum ab episcopis Simone 31. I. 1521. et Georgio Draskovich a. 1568. confirmatum esse. Or. P.

3588 D-XXI-21 In Lukauech 29. III. 1501. Mon. Tur. II 187, nr. 136.

3589 Privil. 103 Budae 3. IV. 1501. Kuk. Iura reg. I 248, nr. 168.

3590 DV-II-4 Arbi 3. IV. 1501. Damianus de Spalatinis, archipresbiter et vicarius episcopi Arbensis, executor a sede apostolica deputatus, universis personis ecclesiasticis provinciae Dalmatiae notum facit papam Alexandrum VI. apostolico brevi Romae 25. II. dato mandasse, ut episcopus Arbensis omnes fratres et sorores 3. ord. s. Francisci ad oboedientiam cogeret. Or. cum signo not. P. S.

3591 D-XXXVIII-4 (Venetiis) 10. IV. 1501. Leonardus Lauredanus, dux Venetiarum, Hieronymo Baffo, comiti Spaleti, praecipit, ut communitas annuatim iuxta antiquam consuetudinem archiepiscopo, capitulo et ad reparationem campanilis 202 ducatos loco decimarum solvat. Cop. rec.

3592 D-XXI-22 Budae 16. IV. 1501. Wladislaus rex bano Iohanni Corvino et protonotario regni Nicolao Woykffy mandat, ne Nicolaum ....., et Iacobum Zokol de Kewend de factis ante pacem cum imperatore Maximiliano initam commissis in ius vocent. Or. mancum. S.

3593 D-XXI-23 (Chasmae) 20. IV. 1501. Capitulum Chasmense bano Iohanni Corvino nuntiat se iuxta suis mandatum dd. 6. II. 1501. Iliskam, filiam qd. Iohannis de Wuzmekowcz, in ius evocasse. Or.

3594 D-XXI-24 In Wereche 24. IV. 1501. Testamentum Antonii, plebani ecclesiae s. Cosmae et Damiani in Wereche. Cop. coaev. vid.

3595 Privil. 104 Budae 25. V. 1501. Kuk. Iura reg. I 249, nr. 169.

3596 D-XXI-25 (Chasmae) 30. V. 1501. Fabianus, filius qd. Mathei Therek, terras arabiles ultra Brezye in possessione Blaseneschyna Georgio Kerecheny 16 flor. auri coram capitulo Chasmensi pignori obligat. Or.

3597 D-XXI-26 Budae 14. VI. 1501. Wladislaus rex Petro Balsa, duci s. Sabae, in eius possessione Reka sub Minore Kemlek nundinas liberas seu fora annualia in festis Assumptionis et Nativitatis b. Mariae v. et forum hebdomadale liberum dominico die quoque concedit. Or. S.

3598 D-XXI-27 28. VII. 1501. Doctor iuris Marianus de Bartholinis de Perusio, auditor legati apostolici in Hungariam, Poloniam, Bohemiam missi, sententiam Mathei, canonici Zagrabiensis, in causa inter Antonium praepositum maiorem ecclesiae Zagrabiensis, et Iohannem, abbatem de Toppwzka, 10. II. 1501. latam transumit et confirmat. Or. S.

3599 D-XXI-28 (Simigii) 14. VIII. 1501. Veronica vidua ac Georgius et Petrus, filii Christophori de Koynzka, coram conventu monasterii s. Egidii de Simigio intercessionem faciunt in Claram, viduam Georgii Spyranchych de Chanya, ne sigillo Christophori, quod »tempore decessus« eius apud Claram remansit, ad usurpandas possessiones abutatur. Or.

3600 D-XXI-29 (Simigii) 14. VIII. 1501. Veronica vidua ac Georgius et Petrus, filii Christophori de Koynzka, coram conventu monasterii s. Egidii de Simigio intercessionem faciunt contra Claram, viduam Georgii Spyranchych de Chanyo, eiusque liberos et Georgium Herkoych de Zayzda, ne castellum Zelnycze-Zenthdomonkos, possessiones Konzka, Zenth-Domonkos et Sosemberg sibi arrogant. Or.

3601 DV-II-5 Jadrae 20. VIII. 1501. Georgius Difnico, episcopus Nonensis, fatetur coram Jacobo de Pechiaro, consiliario comitis Jadrae, se a Simone Difnico Sibenicensi, fratre suo, de omnibus fabricis, aedificiis, meliorementis in possessionibus in insula s. Michaelis satisfactum esse; Simon autem episcopum in vita dictis possessionibus ad beneplacitum frui posse promittit. Cop. saec. XVII.

3602 D-XXI-30 Warasdini 20. VIII. 1501. Mon. Zg. III 12, nr. 9.

3603 DC-I-16 In Hyszanowecz 22. VIII. 1501. Gregwr Pyzkoych Gywrgyo Femen eiusque uxori Jelenae Gyeghach terram desertam in Wynnychka Goryeza (com. Cris.) quatuor ducatis coram iudicio nobilium comitatus Crisiensis vendit. Or. S.

3604 D-XXI-31 Budae 8. IX. 1501. Wladislaus rex Stephanum Beryslawych, castellanum castri Medwe, severe reprehendit, quod cives civitatis Montis Grecensis, qui de eius iniuriis graviter conquesti sunt, molestet. Or. mancum.

3605 D-XXI-32 Quinqueecclesiis 13. IX. 1501. Sententia dr. iur. Philippi de Sevgardis Senensis, iudicis ecclesiastici cardinalis in Hungariam legati, in causa abbatum Blasii de Thyaly et Conradi de Purno monasteriorum ord. s. Benedicti, Martini de Zenthpeterfalva et Stephani de Cholon, magistrorum fabricae claustri b. Mariae v. ord. eremitarum s. Pauli iuxta oppidum Monyorekerek et ecclesiae parochialis eiusdem oppidi, contra Katherinam, uxorem Balthasaris Schomberger de Wereswar, cuius primus maritus Iohannes Ellerberch de Monyorokerek res et pecunias actoribus abstulit. Or. cum signo not. P.

3606 IV d 49-17 Modrussae 27. IX. 1501. Compositio inter Bernardinum de Frangepanibus et eius filios atque Angelum de Frangepanibus eiusque filios, qua possessiones litigiosas inter se dividunt. Tr. 17. XI. 1506.

3607 Privil. 109 Budae 17. XII. 1501. Cop. vid. 1833. Kuk. Iura reg. I 251, nr. 170.

3608 D-XXI-33 (Zagrabiae) 19. XII. 1501. Andreas, filius Andreae Lendekar de Bathyna, portionem in Bwdindol (com. Warasd.) Marthynkoni de Prydryho alias de Oztherez 100 flor. auri coram capitulo Zagrabiensi vendit. Or.

3609 D-XXI-37 In Woykowez 27. XXII. 1501. Banus Iohannes Corvinus capitulum Chasmense inquirere iubet, num Iohannes Ernsth de Chakthornya, magister Andreas, canonicus Quinqueeclesiensis, et Petrus Fynthych Stephano de Gwdowez vim intulerint et multas res rapuerint. Tr. 4. I. 1502.

3610 D-XXI-34 Crisii 1501. Vicebani Petrus Bochkay de Razyna-Kerezthwr et Balthasar de Alap atque iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Andreae Budor de Budrowch facta apparere Blasium Arley de Zthobyeza circa 18. X. in domo vicebani Petri Bochkay, cum nobiles Zagrabiae ad bellum contra Turcas convenissent, Andreae Bwdor verbis contumeliosis manus intulisse eumque gladio seu bicello interficere voluisse. Or.

3611 D-XXI-35 Crisii 1501. Vicebani Petrus Bochkay de Razyna-Kereztur et Balthasar de Alap atque iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Gregorii de Zedlarowcz eiusque uxoris Catherinae, filiae qd. Georgii Palicza de Werbowczecz, facta apparere Nicolaum Ozel de Yarna et Paulum Zeklich de Martinowcz in possessione Ianyanowcz petitori quatuor boves et equum sellatum et frenatum rapuisse. Or.

3612 D-XXI-36 1501. Registrum decimarum tritici, siliginis, hordei, avenae, alveariorum et porcorum, vini, milii, cultelli maioris dicti in utraque Gradecz, altera duo registra simili modo digesta in Knezepole et Petrina. Or.

3613 XXI-2/11 (elen.), nr. 386. 1501. Stephanus de Gudovcz in dominio possessionum Paulocsanez et Zdelya (com. Cris.) statuitur. Regestum.

3614 D-XXI-37 (Chasmae) 4. I. 1502. Capitulum Chasmense bano Iohanni Corvino nuntiat ex inquisitione ab eo 27. XII. 1501. contra Iohannem Ernusth de Chakthornya, magistrum Andream, canonicum Quinqueecclesiensem, et Petrum Fynthych a Stephano de Gwdowcz de vi et rapinis accusatur, iussa apparere querelas veras esse, quare reos in ius evocatos esse. Or.

3615 D-XXI-38 (In Monte Grecensi) 10. I. 1502. Mon. Zg. III 15, nr. 13.

3616 D-XXI-39 Crisii 27. I. 1502. Gregorius Pawich, Marcus, Georgius et Mathias, praebendarii ecclesiae Chasmensis, quibus Anna, filia Dorotheae, filiae Nicolai Mykchecz de Czyrquena, suas et suae matris portiones in Czyrquena, Bablyak, Sabnyeza, Orehovecz-Zenthpeter, Polyana et Klenowcz legavit, Georgium Kerecheny, qui eas possessiones habebat et eis pecunia satisfecit, coram bano Iohanne Corvino absolutum dicunt. Or.

3617 D-XXI-40 Crisii 27. I. 1502. Blasius de Grexyncz Iohannem Ernusth de Chakthornya, quem de vi illata reum fecerat, triginta uno floreno per ordinationem proborum virorum acceptis ab iuramento ei imposito liberat et quittum dicit. Or.

3618 I d 12, elen. IV, p. 35 Strigonii I. 1502. Epistula Kastellanffy ad Georgium de Bikzad data. Regestum.

3619 Sermag. XLVI, elen. II A. S. Z. (Zagrabiae) 2. II. 1502. Sigismundus Zermegh. Georgius Sissinachky et Johannes Suberaj concordiam de quibusdam controversiis coram capitulo Zagrabiensi faciunt. Regestum Germanice.

3620 D-XXI-41 (Chasmae) 5. II. 1502. Capitulum Chasmense bano Iohanni Corvino nuntiat omnes nobiles possessionum Cyrquenna, Orehowcz-Zenthpeter et Bablyak in inquisitione a bano iussa interrogatos, num Georgius Kerecheny Katharinam, filiam Nicolai Mykchecz, cum Iohanne filio e possessionibus vi eiecisset atque exteras gentes Alemanni cae nationis in castellum Cyrquena introduxisset, testatos esse neque Katharinam Petro Mykchecz fratre vivente umquam quidquam possedisse neque exteras gentes a Georgio adductas esse. Or.

3621 D-XXI-42 (Zagrabiae) 5. II. 1502. Elizabeth, vidua Michaelis Baxych de Prybych, nunc uxor Iankonis de eadem, ab executoribus testamenti Stephani Prybych de Rakonok litteras, iura et litteralia instrumenta a se olim Stephano commissa sibi restituta esse coram capitulo Zagrabiensi fatetur. Or.

3622 D-XXI-47 Crisii 6. II. 1502. Iohannes Corvinus banus capitulo Chasmensi praecipit, ut Petrum Fynthych de Fynthyncz eiusque uxorem Katherinam de Polyana a Georgio Kerechen et Andrea, filio qd. Clarae, filiae, Mathei, civis Crisiensis, reos factos, quod portiones in Polyana »Georgium et Andream eodem modo sicuti Katherinam concernentes« vi tenerent, in ius ante banum evocet. Tr. 11. VI. 1502.

3623 D-XXI-55 Crisii 7. II. 1502. Iohannes Corvinus banus capitulo Chasmensi praecipit, ut Barbaram, viduam Wok despoti, eiusque maritum Franciscum Beryzlo et Iohannem Pawlichych, castellanum castri Feyerkew, a Georgio Castellanfy de Zenthlelek de vi et rapinis accusatos, cum iuramentum deponere noluerint, in ius ante banum evocet. Tr. 9. II. 1503.

3624 D-XXI-53 Crisii 10. II. 1502. Cum Georgius Kerechen contra Katherinam, uxorem Petri Fynthych, et Annam, uxorem Stephani Fynthych, quae ex possessionibus qd. Petri Mykchecz in Cyrquenna, Sabnycza, Bablyak et Orehowcz-Zenthpeter (com. Cris.), quae ius femineum concernunt, portiones hereditarias, et e ceteris ius quartae filialis poposcerunt, litteras non exhibuerit, neque in iudicium venerit, banus Iohannes Corvinus capitulo Chasmensi mandat, ut eum denuo in ius vocet, ubi litteras exhibeat et de iudicio trium marcarum bano et parti adversae satisfaciat. Tr. 10. II. 1502.

3625 D-XXI-43 (Chasmae) 25. II. 1502. Stephanus, filius qd. magistri Petri de Gwdowcz, possessiones Iakozerdahel, Werh, Pletherno et Gregoryancz, quas Petrus a rege impetravit, Eliae de Bwsthynez, provisori castri Iaycza, eiusque socero Philippo litterato et Georgio de eadem coram capitulo Chasmensi concedit; praeterea sibi vicissim iniurias illatas condonant. Or.

3626 D-XXXVIII-5 (Venetiis) 3. III. 1502. Leonardus Lauredanus, dux Venetiarum, Marco Antonio Pasqualigo, camerario Spaleti, praecipit, ut causam archiepiscopi et capituli contra communitatem Spalatensem de solutione pecuniarum ad reparationem campanilis diiudicet. Cop.

3627 D-XXXVIII-6 (Venetiis) 8. III. 1502. Leonardus Lauredanus, dux Venetiarum, Hieronymo Baffo, comiti Spaleti, praecipit, ut in causa pecuniarum ad reparationem campanilis persolvendarum »apud nobilem exactorem alter presbyter« eligatur et ut »pecuniae iuxta conventionem dispensentur«. Cop.

3628 D-XXI-44 (Chasmae) 25. IV. 1502. Capitulum Chasmense testatur Veronicam, viduam Christophori de Konzka, centum flor. Clarae, viduae Georgii Spiranchich reddidisse, alios quinquaginta flor., quos banus Iohannes Corvinus pro Veronica solverit, Claram recipere noluisse. Or. mancum.

3629 DV-II-6 Jadrae 26. IV. 1502. Georgius Venerio, procurator Thomasii, Aloysii et aliorum heredum qd. Petri Venerio, patricii Venetiarum, totam possessionem in insula Pismani prope montem Barotholo sitam, exceptis salinis et horreo salis, item scopulum Garmignach cum vitibus et olivis Symoni qd. Natalis de Pechiaro coram Donato de Grisogonis, iudice consiliario comitis, ducatis 580 auri vendit. Or. cum signo not. P.

3630 D-XXI-45 Crisii 6. V. 1502. Vicebanus Balthasar de Alap testatur Georgium Supanych de Prezechnafew et Emericum de Wynarcz ad arbitrativam dispositionem per sex probos viros de terra arabili Supanyareber et silva Klanecz in possessione Bogacho (com. Cris.) cum dominis de Bogacho fiendam, ut iudex Demetrius de Milethyncz 7. II. 1502. iusserat, non venisse, quare convictos et aggravatos esse. Or. mancum.

3631 DV-II-7 Veglae 13. V. 1502. Paulus Garich petiam terrae cum quercubus in territorio s. Mariae de Capitis Johanni, filio Bersezi, ducatis 5 auri vendit. Or. cum signo not. P.

3632 D-XXI-46 (Chasmae) 2. VI. 1502. Georgius Mirinich iudex et Stephanus Barecky, fiscus communitatis privilegiati oppidi Jasztrebarszka, coram capitulo Chasmensi intercessionem faciunt in banum Iohannem Corvinum, qui privilegiis, quae reges Bela, Sigismundus et Mathias oppido contulerunt, neglectis castellum ligneum vi captum diruit et aliud in terra civis Martini Domitrovich munivit. Cop. vid. saec. XVIII.

3633 D-XXI-47 (Chasmae) 11. VI. 1502. Capitulum Chasmense a Iohanne Corvino bano 6. II. 1502. iussum Petrum Fynthych de Fynthynez eiusque uxorem Katherinam de Polyana a Georgio Kerechen et Andrea, filio Clarae Mathei de Crislo, de violenta retentione quarundam possessionum accusatos in ius bani evocat. Or.

3634 I d 12, elen. IV, p. 37 Budae 12. VI. 1502. Vladislaus rex omnes causas, quae Georgium Kastellanffy defensione regni occupatum tangunt, prorogat. Regestum.

3635 DV-II-8 Jadrae 26. VI. 1502. Jacobus et Joannes, filii qd. Zoylli Zuycouich de insula Luchorani, Simoni de Pechiaro et Passinae, sorori eius, duo gognalia terreni cum pedibus 15 amygdalorum et 13 olivarum coram Donato de Grisogonis, consiliario comitis Jadrae, libris 48 parvorum vendunt. Or. cum signo not. P.

3636 D-XXXVIII-7 Jadrae 28. VI. 1502. Tomasius Masentinus, (filius) Antonii de Pixauro aromatarii, coram Petro Sagredo, comite Jadrae, petit, ut sibi 80 ducati aurei iuxta testamentum Mathei Estaia (?) pro dote huius filiae et uxoris suae Andriolae a commissariis persolvantur. Cop.

3637 D-XX-48 (Zagrabiae) 13. VII. 1502. Elena, uxor Petri fabri de Nagh-Gora, terram arabilem unius »dretae« et silvam parvam castanearum Rogarewchak in Nagh-Gora sororio nobili Marco de Nagh-Gora novem flor. auri coram capitulo Zagrabiensi pignori obligat. Or.

3638 D-XXI-49 (Quinqueecclesiis) 13. VII. 1502. Nicolaus Zekel de Kewend coram capitulo Quinqueeclesiensi intercessionem facit in Franciscum, filium qd. David Nelepecz de Dobrachuchya, ac Michaelem et Stephanum, filios qd. Ladislai Nelepecz, qui castrum Dobrachuchya, quod protestantis sit, Eliae Bosnyak vendere nitantur. Or.

3639 I d 12, elen. IV., p. 36 25. VII. 1502. Helena, filia qd. Caroli, comitis Corbaviae, et uxor Georgii Kastellanffy, in dominium oppidi Mezewkövesd pignoris titulo introducitur. Regestum.

3640 I d 12, elen. IV., p. 35 IX. 1502. Inquisitio contra Ambrosium Erdeegh de Mariassowez, quam Stephanus Herkffy de vi in colligendo iure montano in possessione Ebres-Szent-Illia reum fecit. Regestum.

3641 D-XXI-50 (Zagrabiae) 6. X. 1502. Georgius Herkffy de Zayezda suas portiones in possessionibus Zenth-Iacob, Gorycha, Zbela, Obres, Dolan, Zekethyn, Zawagornya et Crysanez (com. Warasd.) bano Iohanni Corvino ducentis flor. coram capitulo Zagrabiensi pignori obligat. Or.

3642 D-XXI-51 Crisii 16. X. 1502. Vicebani Bernhardus de Thurocz et Balthasar de Alap et iudices nobilium comitatus Crisiensis, testantur ex inquisitione ad rogatum Stephani de Gudowcz facta apparere Petrum de Bogacho, Michaelem Othawlych de Isanoucz, Gregorium Oderyanch de Dyankoucz, Simonem Horwath, familiarem Blasii Arley, tunc castellanum castri Nagh-Kemlek, duas equas Ambrosii, iobagionis Stephani de Gudoucz, rapuisse. Or.

3643 I d 12, elen. IV, p. 36 In Varosd 18. X. 1502. Inquisitio contra Petrum Erdegh, quem Stephanus Herkffy de invasione castelli Chresnye (com. Varasd.) reum fecit. Regestum.

3644 D-XXI-52 Budae 21. X. 1502. Wladislaus rex capitulo Segniensi mandat, ut Nicolaum Kolwnich, magistrum agazonum suorum, in dominium possessionum Zthokolych et Orlych in districtu Gatzka ad castrum Othochacz pertinentium, quas ei 418 flor. impigneraverat, introducat. Or.

3645 I d 12, elen. IV, p. 37 X. 1502. Inquisitio contra Petrum et Ambrosium Erdögh, qui a Nicolao et Georgio Herkffy accusati sunt, quod in possessione Ebres-Szent-Ilia iobagionem petitorum Iacobum Fundich verberaverunt. Regestum.

3646 I d 20, elen. et I d 12, elen. IV, p. 36 (Zagrabiae) X. 1502. Georgius, Nicolaus, Stephanus Herkffy banum Iohannem Corvinum, qui bona Zent-Iacob, Goricza, Zbelo, Obres, Dolan, Zeketin, Zvagogna ac Krisancz (com. Varasd.) vi occupavit, postquam damna resarsit, coram capitulo Zagrabiensi absolutum dicunt. Regestum.

3647 D-XXI-117 Crisii 1502. Clara, Georgii Spiranchych vidua, in ius Crisii fiendum citatur. Or. mancum.

3648 Elenchus archivi arcis Ozail XXI-2/7 1502. Capitulum Chasmense Balthasaro Batthyany promittit se ei omnes litteras gratis expediturum esse. Regestum.

3649 D-XXI-53 (Chasmae) 2. I. 1503. Capitulum Chasmense a bano Iohanne Corvino 10. II. 1502. iussum Georgium Kerechen, qui quasdam litteras de possessionibus qd. Petri Mykchecz in Cyrquena, Sabnyeza etc. Katherinae, uxori Petri Fyntych, et Annae, uxori Stephani Fynthych, exhibere noluit, in ius bani evocat. Or.

3650 D-XXI-54 Crisii 5. II. 1503. Sententia bani Iohannis Corvini contra Iohannem Ernusth de Chakthornya, a Stephano de Gorobonok accusatum, quod ei per Petrum Fyntych, castellanum castelli Kaproncha, et alios familiares 60 porcos saginatos ex silva Dragowscina in districtu Themerye rapuerit; cum id neget, condemnatur, ut 12. se nobilibus iuramento in ecclesia parochiali Crisii purget atque in facie oppidi Kaproncha iudicium de suis iobagionibus accusatis faciat. Or.

3651 D-XXI-55 Crisii 9. II. 1503. Cum Barbara, vidua Wok despoti, una cum suo secundo marito Francisco Beryzlo et Iohanne Pawlichych, castellano castri Feyerkew a Gregorio Castellanfy de Zenthlelek de vi illata et de rapinis accusata iuramentum, quo se purgaret, effugerit, Iohannes Corvinus banus ad rogatum petitoris »consuetudinaria lege regni«, qua »persona feminei sexus contra sexum masculinum non in ipso facto potentiae et sententia capitali, sed in emenda sui capitis 50 marcis homagialibus tantummodo parti adversae persolvendis ac in amisione universarum possessionum ....convinci solet et aggravari« Barbaram ita condemnat et capitulo Chasmensi mandat, ut sententiam exequatur. Or.

3652 D-XXI-50 (Chasmae) 18. II. 1503. Laurentius, locum tenens ecclesiae Chasmensis et apostolicus legatus, Andreae Kobazych, Georgio Kapechesenych eiusque filio Paulo, qui ab Iohanne Keglewych de Bwsyn ob quaedam debita, damna et iniurias rei facti sunt nec citati in ius venerunt, excommunicationem minatur. Nota argumentium continens Glagoliticis litteris adscripta est. Or.

3653 D-XXI-79 (Chasmae) 28. III. 1503. Capitulum Chasmense bano Iohanni Corvino refert Barbaram, viduam Wok despoti et uxorem Francisci Beryzlo de Grabarya, per suos homines executioni sententiae in litteris dd. 9. II. 1503. contentae vi se oposuisse. Tr. 10. II. 1504.

3654 D-XXI-57 (Chasmae) III. 1503. Christophorus, filius qd. Blasii Bwdor, filii olim Adae Bwdor de Bwdrowcz, suam dimidiam partem castelli in Bwdrowcz a patre constructi atque piscinam magistro Andreae, filio Nicolai, filii Adae Bwdor, 80 flor. auri coram capitulo Chasmensi vendit. Adiecta est nota Andreae Bwdor ad filios. Or. P. S.

3655 D-XXI-58 Budae 18. V. 1503. Wladislaus rex Zagrabiensi possessionem Dolecz (com. Zagrab.) post mortem Gregorii de Dolecz ad se devolutam confert. Cop. vid. saec. XVIII.

3656 D-XXI-65 Budae 18. V. 1503. Wladislaus rex capitulo Chasmensi mandat, ut capitulum Zagrabiense in dominium possessionis Dolencz introducat. Tr. 26. VII. 1503.

3657 D-XXI-59 Budae 30. V. 1503. Wladislaus rex Iosepho, Iohanni, Michaeli, filiis qd. Francisci de Rawen, ius erigendi patibulum, rotas, palos ac alia tormenta in eorum bonis concedit. Or. P.

3658 D-XXI-60 Budae 31. V. 1503. Oswaldus de Bwchan et de Korlachkew, castro in comitatu Nitriensi sito, atque Thomas de Cherna et de Eleskew, castro in comitatu Posoniensi habito, coram comite Petro de s. Georgio et de Bozyn, iudice curiae regiae, se vicissim in fratres adoptivos et condivisionales adoptant, ut ei parti, quae sine prole decedat, altera heres sit. Or. P.

3659 D-XXI-61 (Budae) 2. VI. 1503. Iohannes Zthwchych de Garnacz possessionem Zamersye (com. Zagrab.) Iohanni et Nicolao Krysanych de Neblyw 300 flor. Hung. coram capitulo Budensi vendit. Or. P. = Tr. 26. V. 1736.

3660 D-XXI-63 Crisii 8. VI. 1503. Briccius, filius qd. Michaelis Faserneck de Prezechnafew, sessionem iobagionalem desertam in Prezechnafew octo flor. auri Georgio de Prezechnafew coram Georgio de Praschowez, iudice nobilium comitatus Crisiensis, vendit. Or. P.

3661 Privil. 106 Budae 15. VI. 1503. Kuk. Iura reg. I 252, nr. 171.

3662 D-XXI-62 Zagrabiae 18. VI. 1503. Vicarius ecclesiae Zagrabiensis peremptorie citat plebanos Antonium de Bradwa et Gregorium, executores testamenti Gregorii, plebani de Sragenna, quod quaedam legata praebendariis ecclesiae Zagrabiensis non assignaverint. Citatio per plebanos de Cherzwecz-Zenthpeter, Crisio, Sragevina et Powsahegh facta est. Or.

3663 I d, elen. IV, p. 37 Budae 2. VII. 1503. Vladislaus rex Georgio Kastellanffy commendat, ut necessitates regni Slavoniae animadvertat. Regestum.

3664 D-XXI-64 In Prodanowycz 25. VII. 1503. Iohannes Ernusth de Chaktbornya, qui iam antea castellum Kaproneza cum oppido et pertinentiis magistro Andreae, canonico Quinqueecclesiensi, eiusque nepoti Michaeli de s. Georgio, artium doctori, mille florenis oppignoraverit eisque villicatum Kuchycza cum clausura piscium vulgariter Zeghye dicta super fluvio Drava donavit, denuo omnes eas possessiones impignerat eosque de administratione earum possessionum annis transactis expeditos dicit. Or. P.

3665 D-XXI-65 (Chasmae) 26. VII. 1503. Capitulum Chasmense testatur se capitulum Zagrabiense iuxta mandatum Wladislai regis dd. 18. V. 1503. in dominium possessionis Dolencz introduxisse. Cop. vid. saec. XVIII.

3666 D-XXI-66 In Lukawecz 7. VIII. 1503. Mon. Tur. II 206, nr. 143.

3667 D-XXI-67 In Sragenna-Zenth-Miklos 23. VIII. 1503. Epistula Iohannis Pwnek de Petrowcz et Nicolai de Iarno ad Mathiam, decanum chori praebendariorum ecclesiae Zagrabiensis, data, qua, cum ipsi Zagrabiam venire non possint, eum precantur, ut cum latoribus epistulae, Iohanne litterato et Georgio fabro, de testamento Gregorii, olim plebani ipsorum, decernat. Or.

3668 DC-I-19 Budae 25. VIII. 1503. Ladislaus rex civibus Segniae privilegia eis a rege Mathia concessa confirmat. Tr. 6. I. 1528.

3669 D-XXI-68 Budae 1. IX. 1503. Emericus de Peren, dapiferorum regis magister, obligationem, quam sua sponsa Dorothea de Kanysa, vidua palatini Petri Gereb de Wyngarth, una cum Sigismundo, episcopo Quinqueecclesiensi, eiusque fratre Iohanne Ernusth et bano Iohanne Corvino da castro Walpo, castello Zombathely et possessione Bodola (com. de Baronya) et castello Atthya (com. de Walko) fecit, coram Wladislao rege observare promittit. Or. S.

3670 D-XXI-69 Quinqueecclesiis 9. IX. 1503. Iohannes, archidiaconus de Tholna, vicarius ecclesiae Quinqueecclesiensis, excommunicationis poena absolvit Iohannem Ernusth de Chakthornya, qui Antonio presbytero, magistro hospitalis de Werewcze, fugere conanti manus iniecit. Or. S.

3671 D-XX-70 Crisii 10. IX. 1503. Balthasar de Alap et Bernardus de Thwrocz, vicebani, et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Georgii et Petri, filiorum qd. Christophori de Konyzka, facta apparere Claram, viduam Georgii Spyranchycz, litteras de castello Zelnycha et possessione Konzka-Zenth Damakos, quas post unionem ab eius marito cum Christophoro de Konzka circa 10. VIII. 1492. factam ad conservandum acceperat, restituere nolle. Or. = Regestum XXI-2/11 (elen.) nr. 56.

3672 D-XX-71 (Zagrabiae) 20. IX. 1503. Andreas et Johannes, filii qd. Georgii, et Johannes, filius qd. Colomani, omnes de Myrkowcz, coram capitulo Zagrabiensi intercessionem faciunt in Andream Hennyngh de Zomzedwara, qui, ut portiones apud ipsos protestantes habitas redimeret, centum florenos persolvere et de damnis eis satisfacere promisit, sed fidem fefellit. Or. et cop. saec. XVII.

3673 D-XXI-72 Budae 20. IX. 1503. Wladislaus rex capitulo Chasmensi mandat, ut Johannem de Aranyan, notarium cancellariae regiae, et Andream Bodor de Bodrowcz in dominium possessionum Iarna et Bartolowschyna in comitatu Crisiensi introducat. Tr. 24. XII. 1503.

3674 D-XXI-118 Budae 11. XI. 1503. Litterae Vladislai, regis Hungariae, quibus familiis Dragissich, Gasparo de Lomnicza, Petro Iurmanovich et Nicolao Spissich iura et insignia nobilitaria conceduntur. 2 cop. saec. XVIII et una saec. XX.

3675 D-XX-73 Budae 27. XI. 1503. Banus Iohannes Corvinus capitulum Chasmense rogat, ut in causa inter Georgium et Petrum, filios qd. Christophori de Konzka, atque Claram, viduam Georgii Spiranchych, inquisitionem faciat. Tr. 28. XII. 1503.

3676 D-XX-74 In Woykowcz 20. XII. 1503. Banus Iohannes Corvinus capitulum Zagrabiense inquirere iubet, num Andreas Dwdych, capitaneus castri Krapyna, possessiones, quas Iohannes Werych de Zadrowcz, Andreas de Mirkowcz et Franciscus de Komor post mortem Iohannis litterati et Christophori de Orehowcz accipere debuerunt, vi occupaverit, castrum in Orehowcz depraedaverit et uxorem Francisci contumeliis affecerit. Tr. 31. XII. 1503. = Regestum Jelačić elen. XXI-2/10, nr. 216.

3677 D-XXI-72 (Chasmae) 24. XII. 1503. Capitulum Chasmense bano Iohanni Corvino nuntiat, cum Iohannem de Aranyan, notarium cancellariae regiae, et Andream Bodor de Bodrowcz in possessionem Jarna et Bartolowschyna in comitatu Crisiensi iussu regis 20. IX. 1503. dato introducere voluerit, ei introductioni Nicodemum de Corbowa, Stephanum Kozewecz de Adamowcz, Stephanum Vitezfy de Othok filiosque qd. Georgii Vitez contradixisse, quare eos in ius vocatos esse. Or.

3678 D-XXI-73 (Chasmae) 28. XII. 1503. Capitulum Chasmense bano Iohanni Corvino nuntiat, cum ex inquisitione ab eo 27. XI. 1503. iussa et 23. e. a. facta

apparuerit Claram, viduam Georgii Spiranchych, eiusque filiam Elenam et generum Georgium Herkonych de Zayezda litteras de castello Zelnycha et possessione Konzka-Zenth Damankos, quas post unionem ab eius marito cum Christophoro de Konzka circa 10. VIII. 1492. initam ad conservandum accepissent, restituere nolle, eam cum filia et genero in ius vocatam esse. Or.

3679 D-XXI-74 (Zagrabiae) 31. XII. 1503. Capitulum Zagrabiense bano Iohanni Corvino nuntiat ex inquisitione, quam banus 20. XII. 1503. fieri iussit, facta apparere omnes accusationes contra Andream Dwdych, capitaneum castri Krapyna, veras esse. Or.

3680 D-XXI-75 Crisii 1503. Bernardus Thwrocz de Ludbreg ac Balthasar de Alap vicebani et iudices nobilium comitatus Crisiensi testantur ex inquisitione ad rogatum Georgii Castellanphy de Zenthlelek facta apparere Franciscum Berizlo de Grabarya, banum de Jaycha, eiusque uxorem Barbaram, viduam Wk despoti, missis hominibus intra nominatis pisces in piscina Ztrugh furatos esse. Or. S.

3681 XX-2/11. nr. 481. 1503. Testatur Franciscum de Zemche possessorem possessionis Kosecz (com. Crisiensis) esse. Regestum.

3682 D-XXI-76 Crisii 1503. Banus Iohannes Corvinus causam Stephani et Francisci, filiorum qd. Iohannis de Zemcze, ad Petrum, comitem de S. Georgio et de Bozyn et iudicem curiae regiae, transmittit. Tr. 15003.

3683 D-XXI-76 Budae 1503. Fragmentum sententiae iudicis curiae regiae Petri, comitis de S. Georgio et de Bozyn, in causa quadam Stephani et Francisci, filiorum qd. Iohannis de Zemcze, quae a bano Iohanne Corvino ad sedem Crisiensem remittitur. Regestum XXI-2/11 (elen.1), nr. 488.

3684 Sermag. XLVI elen. V. 1503. Andreas Henning eiusque uxor Sophia Thuz se vicissim heredes omnium bonorum instituunt. Regestum.

3685 Jelačić 78: Elenchus G. Jellachich 1763., p. 2 (Zagrabiae) 1503. Capitulum Zagrabiense quendam Allapi in dominium possessionis Podotoch introducit. Regestum.

3686 XXI-2/1 fam. Jellachich, nr. 216. 1503. Ioannes Verich de Zadrovcz, Andreas et Ioannes, filii Colomani de Mirkovcz, ac Franciscus de Komor Andream Dudics, qui portiones qd. Ioannis de Orehovcz eiusque fratris Christophori in possessionibus Bukovcz, Pocherninsz, Oszek et Boboinczy (com. Varasd.) occupavit, in ius evocant. Regestum.

3687 I d 12. elen. IV, p. 37. (Zagrabiae) 1503. Inquisitio capituli Zagrabiensis in Ambrosium et Petrum Erdőgh de Mariassovcz eorumque socios, qui a Nicolao et Georgio Herkffy de Zajezda ac Georgio Kristolovich de Glavnicza de vi et rapina in possessionibus Ebres-Szent Illia et Ladincz rei facti sunt. Regestum.

3688 XXI-2/1 nr. 35. 1503. Capitulo Zagrabiensi mandatur, ut Blasium Skertha in dominium possessionis Erpenya introducat. Regestum.

3689 D-XXI-77 Budae 2. I. 1504. Wladislaus rex Johanni Bornemyza, thesaurario suo de se bene merito, castrum Zkrad et castellum Oztrosin ultra fluvium Kwppe in comitatu Zagrabiensi habitum, quae per defectum seminis qd. Johannis et Nicolai Bewenywd ad coronam regiam devoluta sunt, donat. Or. S.

3690 DV-II-9 Jadrae 15. I. 1504. Coram Hieronymo Banagnino, coadiutore cancellariae comitis, Lucia, vidua qd. magistri Jurello Babonosich, iuxta sententiam voluntariam et mandatum iudicii Vito, filio suo, fratri ordinis s. Dominici, libras 173 pro domuncula ab eo empta aliisque rebus sibi ab eo datis solvit,

pro quibus quidem libris frater Vitus matrem suam in domo, donec vixerit, habitare vult. Cop. saec. XVII.

3691 D-V-12 (Chasmae) 27. I. 1504. Johannes, porkolab de Greda, possessionem suam Greda rectoribus arae s. Jacobi in ecclesia s. Nicolai de Kaproncha sitae coram capitulo Chasmensi donat. Tr. 2. III. 1504. et 25. X. 1614.

3692 D-XXI-78 Budae 2. II. 1504. Wladislaus rex capitulo Zagrabiensi mandat, ut Johannem Bornemyza, thesaurarium regis, in dominium castri Zkrad et castelli Oztrosin ultra fluvium Kwppa introducat. Tr. 9. II. 1504.

3693 D-XXI-78 (Zagrabiae) 9. II. 1504. Cum capitulum Zagrabiense a Wladislao rege 2. I. 1504. iussum Johannem Bornemyza, thesaurarium regis, 4. II. e. a. in dominium castri Zkrad et castelli Ostrosin introducere voluerit, ei statutioni Anna, vidua Johannis, et Elisabeth, vidua Nicolai, cum filia Margaretha et Katherina, filia qd. Thomae Bewenywd, Paulus Orsych de Goryeza et Katherina, vidua Michaelis Rohffy de Dechche, contradixerunt, quod capitulum bano Johanni Corvino nuntiat. Or.

3694 D-XXI-79 Crisii 10. II. 1504. Banus Johannes Corvinus litteris capituli Chasmensis d. d. 28. III. 1503. acceptis Barbaram, viduam Wok despoti et nunc uxorem Francisci Beryzlo de Grabarya, condemnat, ut unam marcam seu 72 florenos auri insuper solvat et eidem capitulo mandat, ut sententiam exequatur. Or.

3695 D-XXI-86 Crisii 13. II. 1504. Johannes Corvinus banus capitulo Chasmensi praecipit, ut Andream Bwdor de Bwdrowcz in dominium dimidiae partis castelli et piscinae qd. Blasii Bwdor introducat. Tr. 3. IV. 1504.

3696 D-XXI-80 Zagrabiae 1. III. 1504. Mon. Zg. III 25, nr. 25.

3697 D-V-12 Budae 2. III. 1504. Wladislaus rex ad rogatum Balthasaris, parochi ecclesiae s. Nicolai de Kaproncha, donationem Johannis, porkolab de Greda, 27. I. 1504. factam confirmat. Tr. 25. X. 1614.

3698 D-XXI-81 In Castro Ferreo 6. III. 1504. Stephanus, filius qd. magistri Petri de Gudowcz, qui possessionem Pawloczancz post mortem Benedicti, filii qd. Petri de Jakozerdahel, ob defectum seminis ad regem devolutam a rege obtinuit, sed Crisii 13. I. 1504. a bano Johanne Corvino coactus Thomae de Ezek eiusque uxori Ursulae, filiae qd. Andreae de Pawloczancz, promisit, hanc fassionem coram capitulo castri Ferrei irritam esse iubet. Or.

3699 D-XXI-82 (Chasmae) 9. III. 1504. Capitulum Chasmense bano Johanni Corvino nuntiat cum sententiam bani exequi voluerit, Barbaram, viduam Wok despoti, eiusque maritum Franciscum Beryzlo de Grabarya vi se oposuisse. Or.

3700 D-XXI-83 Budae 12. III. 1504. Blasius de Nyary, ordinis minorum in Hungaria vicarius, Johannem Ernusth de Chaktornya eiusque uxorem et liberos ad confraternitatem et »participationem omnium charismatum et spiritualium bonorum« recipit. Or.

3701 D-XXI-84 Zagrabiae 25. III. 1504. Andreas, canonicus et vicarius Zagrabiensis, Gregorio, plebano in Zythecz, mandat, ut Thomam de Wrywchi et Paulum Kwnych de Dwsycha ad rogatum executorum testamenti Johannis Jalsych, custodis et canonici Zagrabiensis, qui pecunias pro salute animae legavit, peremptorie citet. Or.

3702 D-XXI-96 (Zagrabiae) 26. III. 1504. Banus Johannes Corvinus castellum Orechowcz cum possessione Bwkowcz et portiones in Lowrechezelo, Rakythowecz

et Ladymerych in pertinentiis castri Krapyna Andreae Dwdych de Czethyna mille florenis auri coram capitulo Zagrabiensi vendit. Tr. 5. VIII. 1504.

3703 D-XXI-85 (Zagrabiae) 31. III. 1504. Elisabeth, vidua Nicolai Bewenywd de Zkrad, eiusque filia Margaretha coram capitulo Zagrabiensi intercessionem faciunt in Wladislaum regem, ne conferat, in Annam, viduam Johannis Bewenywd, ne alienet, in banum Johannem Corvinum, ne emat portiones ad castrum Zkrad et castellum Oztrosin pertinentes. Or.

3704 I d 12. elen. IV, p. 37. (Chasmae) III. 1504. Inquisitio capituli Chasmensis contra Barbaram, viduam Vok despoti Rassiae dein uxorem Francisci Beryzlo de Grabarya, quae a Georgio Kastellanffy de Zajezda accusata est, quod possessionem Rosechnik ter occupavit.

3705 D-XXI-86 (Chasmae) 3. IV. 1504. Capitulum Chasmense a bano Johanne Corvino litteris Crisii 13. II. 1504. datis iussum magistrum Andream Bwdor de Bwdrowcz in dominium dimidiae partis castelli seu fortalicii a qd. Blasio Bwdor in Bwdrowcz erecti et totius piscinae introducit. Or. P. S.

3706 D-XXI-87 In Zythech 3. IV. 1504. Epistula Gregorii, plebani in Zythech, ad Andream, vicarium ecclesiae Zagrabiensis, data, qua eum certiorem facit se acceptis eius litteris statim Paulum Kunich de Dosicha accessisse et ad praebendarios chori Zagrabiensis citasse, ut rationem de pecuniis a Mathia Bemunych de Monte Grecensi testamento legatis redderet. Or.

3707 D-XIV-56 Zagrabiae 11. IV. 1504. Mon. Zg. III 26, nr. 27.

3708 D-XXI-88 Vynichno 25. IV. 1504. Epistula Emerici de Vynichno ad Matheum, decanum praebendariorum capistuli Zagrabiensis, missa, qua eum certiorem facit sententiam et admonitionem Gregorio et Mathiae de Dyankowcz et Johanni T ... de oppido episcopali s. Michaelis traditas esse; cum Gregorius se debitorem esse neget, inquisitionem faciat in Minore Kemlek. Or.

3709 D-VIIa-126 29. IV. 1504. Wladislaus rex litteras capituli Zagrabiensis de reambulatione villae Draganich 8. III. 1394. editas transumit et confirmat. Tr. 8. VIII. 1580.

3710 D-XXI-113 Budae 1. V. 1504. Wladislaus rex Emerico, filio qd. Valentini Kos de Koskoucz, ac Blasio, filio qd. Jacobi de eadem, eorum possessiones Druskoucz, Koskoucz et Uercholczy novae donationis titulo addito iure regio confert et capitulo Zagrabiensi praecipit, ut introductionem exequatur. Tr. post 1574.

3711 D-XXI-89 Budae 14. V. 1504. Wladislaus rex bano Johanni Corvino mandat, ut possesionem Zwynnycza inter magistrum Cristophorum de Pernya et Bartholomeum, priorem Auranae, inter quos controversias ortae sunt, dividat neve Bartholomeum castellum erigere sinat. Or.

3712 D-XIX-59 Budae 16. V. 1504. Wladislaus rex venditioni quatuor portionum in Bathyna ab Andrea Lendekar Martino de Perdrycho factae consentit. Tr. per summa capita 20. II. 1517.

3713 Privil. 107 Budae 24. V. 1504. Kuk. Iura reg. I 253, nr. 172

3714 D-XXI-90 Simigii 29. V. 1504. Concordia de iure quartalicio dominae Ilko et puellae Kathko, filiarum qd. Mathiae de Gerecz, coram conventu s. Egidii de Simigio facta. Or.

3715 D-XXI-91 Budae 15. VI. 1504. Wladislaus rex Sigismundo, episcopo Quinqueecclesiarum, de se bene merito eiusque fratri Johanni Ernusth de Chakthornya

castrum et civitatem Zalonok, oppidum et fortalicium Rohoncz et 45 villas ad ea spectantia, quae per defectum seminis qd. Georgii Paukirher de Zalonok ad coronam regiam devoluta sunt, in comitatibus Castri Ferrei, Zaladiensi et Sproniensi sita donat. Or. P.

3716 D-XXI-92 Budae 15. VI. 1504. Wladislaus rex capitulo Boznensi mandat, ut Sigismundum, episcopum Quinqueecclesiarum, eiusque fratrem Johannem Ernusth de Chakthornya in dominium castri et civitatis Zalonok, oppidi et fortalicii Rohoncz et 45 villarum ad ea spectantium in comitatibus Castri Ferrei, Zaladiensi et Sproniensi, quae omnia per defectum seminis qd. Georgii Pamkirher de Zalonok ad se devoluta eis donaverit, introducat. Or.

3717 DIII-65 (Zagrabiae) 20. VI. 1504. Capitulum Zagrabiense ad rogatum Andreae Hennyngh de Zomzedvara litteras suas de reambulatione bonorum Chyche 22. III. 1328. editas transumit. Tr. 3. XII. 1533.

3718 D-XXI-112 Strigonii 22. VI. 1504. Thomas Chernanczky de Chernanczfalwa reus factus, quod familiares Georgii de Mekche, praepositi ecclesiae Scepusiensis, vi aggressus vulneraverat, unum immo occiderat, »in sententia capitali convictus« bona ad castrum Eleskew pertinentia amisit, quae Georgio adiudicata sunt. Qui, cum multas expensas in dicta causa habuerit, ea Emerico et Martino Czobor duobus milibus florenorum certis sub condicionibus pignori obligat. Tr. 27. IV. 1520.

3719 D-XXI-93 In Monte Grecensi 25. VI. 1504. Mon. Zg. III 27, nr. 28.

3720 D-XXI-111 Strigonii 2. VII. 1504. Pactio de mutua successione inter Thomam, archiepiscopum Strigoniensem, eiusque fratres Erdödy de Monoszlo ab una et Andream Hennyngh de Zomzedwara ab altera parte coram Emerico de Periny palatino inita. Eorum bona enumerantur. Tr. 9. XII. 1504.

3721 D-XXI-94 (Zagrabiae) 3. VII. 1504. Stephanus, plebanus de Pokopya, nomine magistri Ladislai, commendatarii abbatiae b. Mariae de Thopolzka et vicethesaurarii regii, apud capitulum Zagrabiense intercessionem facit in Wladislaum regem, ne conferat, in banum Johannem Corvinum, ne emat, in Franciscum Beryzlo de Graborya, ne alienet 20 possessiones intus nominatas in comitatu Zagrabiensi sitas, quas monasterium sibi vindicat. Or.

3722 D-XXI-95 (Zagrabiae) 3. VII. 1504. Capitulum Zagrabiense bano Johanni Corvino nuntiat villas Grangya, Hahowo, Felseu –, Also- et Kys-Lazthowa atque Vukowo (com. Zagrab.) Stephani, comitis de Blaga, eiusque filiorum convictorum iuxta bani sententiam Zagrabiae 12. II. 1504. latam. occupatas ac duas partes in bani manibus iudiciariis, tertiam vero in manibus actoris magistri Ladislai, commendatarii abbatiae b. Mariae de Thopolzka, relictam esse. Or. S.

3723 IV d 49–18 (Chasmae) 5. VII. 1504. Mathias de Tharnowcz, castellanus in Monozlo, coram capitulo Chasmensi nomine Katherinae, viduae Michaelis Ros de Decche, eiusque filiae Annae, viduae Iwani Benyewd de Ozthrisyn, Bernhardinum Groff, comitem Modrwsyensem, iuridice inhibet, quod earum castrum Zkrad expugnavit, spoliavit aliaque damna intulit atque etiam nunc tenet. Or.

3724 D-XXI-96 Budae 5. VII. 1504. Wladislaus rex venditionem castelli Orehowcz aliarumque possessionum a Johanne Corvino 26. III. 1504. Andreae Dwdych de Czethyna factam iure regio insuper collato confirmat. Or. S. P.

3725 D-XXI-97 Budae 10. VIII. 1504. Wladislaus rex Georgio et Petro, filiis qd. Christophori de Konzka, eorum castellum Zelnicza-Szenth Damakos, possessiones Jelovcz, Boky, Czirquelanczy, Bocsyder, Mosthysche, Klymeyn, Zoltanovcz, Krapynszak, Czerovolyane, Galovcz in Varasdiensi, et Bankorocz, Nebeso-

vocz, Geredenovocz, Varasya Goryeza, Pograczovocz, Mergyucz, Thomadovocz, Mezthyncz in Crisiensi comitatu novae donationis titulo addito iure regio confert. Cop. vid. saec. XVIII.

3726 D-XXI-98 Crapinae 27. VIII. 1504. Bani Johannis Corvini apocha 128 florenorum et 25 denariorum, quos Jacobus Zekel de Kewend de taxa regiae maiestatis in pertinentiis Corvini castrorum Wynnycze et Trakostain in districtu Kamennycza recepit, cum castrum Trakostain tribus milibus flor. sibi impignoratum tenuit, et quos ab hac summa in redemptione detraxit. Or. S.

3727 D-XXI-99 Crisii 25. IX. 1504. Cum in congregatione generali universitatis nobilium regni Sclavoniae 22. IX. 1504. Stephanus de Gorbonok, item Michael et Petrus Herhen de Belossowcz, denique Nicolaus Mykwlasich de Palichna pro filio Johanne, qui a matre e genere Gorbonok ortus erat, et Andreas Bwdor de Bwdrowcz portionem in possessione Gorbonok et possessionem Bolethina nuper mortui Davidis de Dombo sibi quisque vindicaverint, banus Johannes Corvinus sententiam fert, ut eae terrae ad manus Balthasaris de Batthian conservandae assignentur. Or.

3728 D-XVIII-87 Warasdini 27. IX. 1504. Georgius de Zawosya vicecomes testatur ex inquisitione facta apparere Froymburgar, castellanum de Chazarwara, Ladislao de Zabok multas violentias intulisse. Tr. 14. II. 1571.

3729 D-XIII-92 Ante 12. X. 1504. In causa Nicolai Drobythel de Bedenicza, filii Stephani et Katharinae, filiae Martini de Rawen, contra Ladislaum presbyterum et Franciscum, filios Martini de Rawen, de iure femineo in possessionibus Bablyak, Kozthanowcz et Korygowcz Johannes Corvinus, dux et banus (qui 12. X. 1504. mortuus est) litteras Mathiae regis dd. 30. XI. 1485. ea de re editas transumit. Tr. circa 1512.

3730 D-XXI-108 In Martinancz 14. X. 1504. Fabianus, filius qd. Mathiae Therek de Sabnycza Zenthywan, Georgio de Kerechen, castellano castri Manyarokerek, pro meritis portiones in Thamassowcz, Kerhnyewschyna (sic semel, bis rasum et correctum in »Sabnychaschyna«), Blasewschyna et Gotowschyna donat. Tr. 13. III. 1505.

3731 D-XVI-69 Budae 17. X. 1504. Palatinus Emericus de Peren in causa inter Andream, filium qd. Petri Keczer de Lak, et Johannem Hompo de Chakthornya in causam attractum de possessione Ztruga-Zenth Peter alio nomine Re-Zenth Peter in comitatu Crisiensi sita Johanni edit paria litterarum palatini Michaelis Orzag de Gwth Budae 10. III. 1478. datarum, quibus Sigismundus, episcopus Quinqueecclesiarum, a quo ea causa in Johannem Hompo condescensa est, se litteras de ea possessione exhibiturum esse promittit. Or.

3732 D-XXI-100 (Chasmae) 24. X. 1504. Cum Johannes Ernusth de Chakthornya damna, quae eius iobagiones in oppidis Werewche et Soploneza iobagionibus Lucae, episcopi Zagrabiensis, in Zalathnok, Waska et Zopya intulerant, reparaverit, idem episcopus unione facta eum coram capitulo Chasmensi expeditum reddit. Or.

3733 D-XXI-101 (Chasmae) 24. X. 1504. Lucas, episcopus Zagrabiensis, Johannem Ernusth de Chakthornya coram capitulo Chasmensi absolvit, quod magistrum Antonium, rectorem hospitalis capellae b. Nicolai in oppido Verewche, cepit. Or.

3734 DV-II-10 Jadrae 4. XI. 1504. Joannem de Rubris ..... frater eius suum procuratorem constituit. Instrumentum laesum. Or. cum signo not. P.

3735 D-XXI-107 Budae 8. XI. 1504. Comes Petrus de S. Georgio et de Bozyn, iudex curiae regiae, conventui Cruciferorum domus hospitalis ecclesiae b. regis Step-

bani de Alba mandat, ut Wladislaum regem ad rogatum Johannis Ernusth de Chakthornya in ius vocet. Capitulum Strigoniense et Budense enim a rege 4000 flor. auri repetiverunt, quos Mathias rex, a Ladislao, praeposito Budensi, a. 1474. mutuo sumptos non restituit. Johannis Ernusth pater, thesaurarius regis, fidem interposuerat non solum pro ea summa, sed etiam pro 400 florenis Ladislao tamquam praemium promissis. Tr. 22. I. 1505. et 20. X. 1506.

3736 D-XXI-102 Budae 15. XI. 1504. Mon. Zg. III 31, nr. 32.

3737 IV d 49–19 Budae 24. XI. 1504. Wladislaus rex Bernardino de Frangepanibus ad querelam Annae, viduae Johannis Bewnywd de Zkrad, praecipit, ut bona in castro Zkrad, quod expugnavit, direpta ei statim restituat. Or.

3738 D-XXI-103 In S. Margaretha 26. XI. 1504. Dominicus de Also-Soploncza, Paulus de Superiore Soploncza, Franciscus S. Margarethae plebani Laurentio doctori et lectori et canonicis capituli Chasmensis nuntiant fratres eremitas claustri S. Annae in pertinentiis castri Dobrokucha in dominium curiae et vineae introductos esse. Cop. vid. saec. XVIII.

3739 I d 12, elen. VII, p. 1. Budae 6. XII. 1504. Vladislai regis mandatum, ut causae »terminatae« peragantur. Regestum.

3740 DV-II-11 Jadrae 8. XII. 1504. Petrus et Simon, fratres de Ferra, Simoni de Pechiaro nomine dotis ducatorum 300 Chatharinae, suae sororis et Simonis de Pechiaro consortis, quasdam possessiones in villa Rasize sitas pretio dotis debitae cum iure recuperandi vendiderunt, quas cum ad id tempus fratres redimere non potuerint, Simon de Pechiaro coram doctore Simone Roseo, cancellario comitis, fratribus petentibus terminum ad dotem solvendam et possessiones recuperandas prorogat. Or. cum signo not. P.

3741 D-XXI-106 Budae 9. XII. 1504. Wladislaus rex pactioni de mutua successione inter Thomam Erdödy, archiepiscopum Strigoniensem, eiusque fratres ab una et Andream Henningh de Zomzedvara ab altera parte assensus conventui Cruciferorum de Alba mandat, ut Thomam in dominium castrorum Andreae: Szomszedvara, Sellen, Medvevara, castellorum Stubicza, Rokonok, Lokauecz, Bisztricza aliarumque possessionum introducat. Tr. 2. I. 1505.

3742 D-XXI-111 Budae 9. XII. 1504. Wladislaus rex pactionem de mutua successione inter Thomam, archiepiscopum Strigoniensem, et Andream Henningh de Zomzedwara 2. VII. 1504. coram Emerico de Pereny palatino initam, confirmat. Tr. 7. IX. 1517.

3743 D-XXI-104 (Chasmae) 10. XII. 1504. Georgius de Dyakowcz eiusque uxor Elizabeth coram capitulo Chasmensi concordiam faciunt cum Anna, vidua Iwany Benyewd de Zkrad, ut castrum Oztrosyn communiter possideant et controversias per octo probos viros componant. Or.

3744 D-XXI-113 (Zagrabiae) 16. XII. 1504. Capitulum Zagrabiense a Wladislao rege litteris 1. IV. 1504. datis iussum Valentinum et Blasium de Koskoucz 1. XII. 1504. id dominium possessionum Druskoucz, Koskoucz et Uerholczy introducit. Tr. post 1574.

3745 Privil. 108 Budae 21. XII. 1504. Wladislaus rex Nicolaum Zekel de Kewend nuntium suum ad universitatem nobilium Sclavoniae mittit. Cop. vid. 1833.

3746 D-XXI-105 Posegae 27. XII. 1504. Nicolaus Garazda de Garazdyncz et alii banorum de Jaycza ac comitum comitatus de Pozega vicecomites et iudices nobilium testantur Johannem Hayzan Iwan dictum eiusque liberos Nicolao Glawycza de Podwers non satisfecisse. Or.

3747 Sermag. XLV elen. 8. 1504. Joannes Corvinus portiones suas in Orahovicza et Zovjak sartori suo Hadar confert. Regestum.

3748 Sermag. XLVI elen. 4. 1504. Hedviga Nicolai de Batthyan et Justina Nicolai de Voikffi, viduae, suos procuratores constituunt. Regestum.

3749 Sermag. XLVI elen. 4. 1504. Emericus, filius Ladislai Jancsi de Gordova, coram iudice curiae Petro, comite de Szent-Györgii et Bazin, exhibet litteras comitis Petri de Peren, iudicis curiae Sigismundi regis, dd. 1420., ex quibus apparet Alberto et Ladislao, filiis Georgii de Batthyan, in causa contra Bartholomeum, Emericum et Ladislaum terram Mocharszeg in comitatu Simigiensi adiudicatam esse. Regestum.

3750 XXI-2/9 p. 121 1504. Skulichak arendatorem Joannis Jellachich in usu terrae arabilis Ternye a Nicolao Peharnik turbatum esse iuratus Franciscus Czuetkovich in Cheby inquisitione facta testatur. Regestum.

3751 I d 170 sub B 1504. Georgius Mekese in possessionibus Badanez et Manya ei oppignoratis statuitur. Regestum.

3752 I d 170 sub 0 1504. Dorothea Lendekar suas portiones in possessione Bathina Martinkoni 100 florenis vendit. Regestum.

3753 I d 170 sub B 1504. Nicolaus Loranthi possessionem Bogdanez et praedium Podhaicsan Emerico et Martino Czobor 220 florenis vendit. Regestum.

3754 D-XXI-106 (Albae) 2. I. 1505. Conventus Cruciferorum de Alba iuxta mandatum Wladislai regis dd. 9. XII. 1504. Thomam Erdödy, archiepiscopum Strigoniensem, eiusque fratres in dominium castrorum, castellorum aliarumque possessionum Andreae Henningh de Zomzedvara introducit. Cop. saec. XVII.

3755 D-XXII-1 (Chasmae) 17. I. 1505. Paulus litteratus de Kamarcza coram capitulo Chasmensi fassionem, quam Stephanus, filius Petri de Gudowcz, a bano Johanne Corvino coactus Thomae litterato eiusque uxori Ursulae, filiae qd. Andreae de Paulokouch, de possessione Pawlochancz sibi donata fecit, revocat. Or.

3756 Jelačić XI libellus Albae 21. I. 1505. Conventus cruciferorum a Vladislao rege litteris 9. XII. 1504. Budae datis iussus Thomam Erdödy cardinalem eiusque nepotes Paulum, Petrum et Valentinum in possessionem castrorum Szomszedvara, Sellen, Sztubicza, Medvevara etc. introducit. Cop. saec. XVIII.

3757 D-XXI-107 (Albae) 22. I. 1505. Conventus cruciferorum de Alba comiti Petro de S. Georgio et de Bozyn, iudici curiae regiae, nuntiat Wladislaum regem in causa Johannis Ernusth de Chakthornya in ius ad 1. V. 1505. vocatum esse. Or.

3758 D-XXII-2 Zagrabiae 29. I. 1505. Mon. Zg. III 33, nr. 34.

3759 D-XXII-3 Crisii 1. II. 1505. Iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur Claram, viduam Georgii Spiranczycz de Chanyevo, in ecclesia parochiali Crisiensi s. Crucis 30. I. 1505. contra actorem Petrum, filium qd. Christophori de Konzka, rite iuravisse se litteras de castello Zelnicza et de possessione Konzka Zenth-Damankos sibi ac marito suo a qd. Christophoro de Konzka a. 1492. creditas huius filio Georgio restituisse. Or.

3760 D-XXII-85 Krapynae 6. II. 1505. Beatrix de Frangapanibus, uxor Iohannis Corvini, ducissa Lypthoviae, Georgio Benkowych de Plawno, cui mille florenos auri debebat, possessionem Egywdowcz simul cum possessione Gywryakowcz in pertinentiis castri Medwe pignori obligat. Tr. 19. I. 1579.

3761 D-XXII-4 (Chasmae) 23. II. 1505. Testamentum Georgii de Praschowcz a capitulo Chasmensi approbatum. Or.

3762 D-XXII-5 Zagrabiae 26. II. 1505. Epistola Mathei de Zenth-Iwan ad Gregorium, plebanum in Zitheez, et Antonium, praebendarium chori Zagrabiensis, data, qua eos certiores facit de pecuniis, quas Paulus Kwnich causa finita solvere debet, ut excommunicatione absolvatur. Praeterea petit, ut episcopo pisces mittant, cum »hic nihil portent ad forum«. Or.

3763 D-XXII-6 Budae 27. II. 1505. Wladislaus rex Stephano litterato de Praschowcz, scribae cancellariae regiae, curiam in Bogacho et vineam in promontorio Ztermecz (com. Crisien.), quae post mortem Michaelis, filii Thomae Krysan de Bogacho, ob defectum seminis ad regem devolutae sunt, simul cum iure regio confert Or.

3764 D-XXII-87 Budae 2. III. 1505. Wladislaus rex capitulo Posoniensi praecipit, ut Emericum et Martinum Czobor de Czobor Zenth Myhal in dominium castri Eleskew introducat. Tr. 18. IV. 1505.

3765 D-XXI-108 Budae 13. III. 1505. Wladislaus rex donationi Fabiani Therek Georgio de Kerechen 14. X. 1504. coram bano Iohanne Corvino factae consentit. Or. P.

3766 D-XXII-7 In castello Zelnycza 21. III. 1505. Veronica et Georgius ac Petrus, *filii* Christophori de Konzka, omnes qui eorum terras a Turcis devastatas nempe in possessionibus Zelnycza et Konzka Zenth Damakos, colere volunt, certo tempore ab omnibus tributis et servitiis eximere promittunt. Or. S.

3767 D-XXII-8 Budae 30. III. 1505. Wladislaus rex, cum cives civitatis Montis Graecensis in tutelam susceperit, banis Andreae Both de Bayna et Francisco Balassa de Gyarmath praecipit, ne, cum in civitate commorentur, cives damnis afficiant, sed propriis sumptibus agant. Or.

3768 D-XXII-9 Budae 30. III. 1505. Mon. Zg. III 35, nr. 36.

3769 D-XV-92 Budae 30. III. 1505. Mon. Zg. III 36, nr. 37.

3770 D-XXII-87 (Posonii) 18. IV. 1505. Capitulum Posoniense fatetur se iuxta mandatum Wladislai regis dd. 2. III. 1505. Emericum et Martinum Czobor in dominium castri Eleskew 31. III. e. a. introduxisse. Tr. 22. VI. 1556.

3771 D-XXII-10 In Gwdowcz 4. V. 1505. Stephanus de Gwdowcz et Paulus Markoych de Mykethyncz, patroni ecclesiae s. Petri apostoli in Gwdowcz, post mortem plebani Andreae, novum plebanum Martinum, filium qd. nobilis Nicolai de Phychowcz, Lucae, episcopo Zagrabiensi, praesentant. Or.

3772 D-II-8 Budae 5. V. 1505. Wladislaus rex donationem possessionis Tukouecz ab Andreae, plebano ecclesiae s. Martini de Kressich, eidem ecclesiae factam confirmat et capitulo Zagrabiensi mandat, ut novum possessorem introducat. E nota addita introductionem 15. VIII. 1505. factam esse apparet.

3773 DV-II-12 Venetiis 26. V. 1505. Leonardus Lauredanus, dux Venetiarum, Hieronymo Barbaro comiti et Bartholomeo Marino, capitaneo Jadrae, suo et capitum consilii X nomine mandat, ut sua sententia lata de titulo seu nuncupatione capituli scholae s. Jacobi et de electione notarii ad criminalia observari debeat. 2 cop. saec. XVIII.

3774 D-XXII-11 Crisii 29. V. 1505. Bernardus de Thwroch et Balthasar de Alap vicebani et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad

rogatum Stephani de Gwdowcz facta apparere Georgium Gywrek, villicum exponentis, in possessione Bothyncz (com. Cris.) cum omnibus bonis a hominibus Nicolai Derfy de Zerdahel intus nominatis noctu Konzkam abductum esse deinde Nicolaum Derfy 24. V. 1505. frustra ammonitum esse, ut villicum restitueret. Or.

3775 D-XXII-12 In Zenthgyergh 11. VI. 1505. Andreas, canonicus Quinqueecclesiensis, alias provisor curiae castri Zenth-Gyerghwara ac plebanus ecclesiae s. Georgii in oppido castri Zenth-Gyergh, praebendam seu rectoratum arae s. Crucis cum terris arabilibus, sessione, vinea, cellario in Zenth-Gyergh et Cyglenyczae magistro Andreae, filio qd. Nicolai Bwdor de Bwdrowcz, pro aliis terris in districtu oppidi Kapronczae confert. Or.

3776 D-XXII-13 In Szamobor 13. VI. 1505. Paulus Zlaxnich de Szamobor, altarista b. virg. Mariae ibidem, eiusque frater Iohannes Vito Paksaczerr, castellano castri Szamobor per Georgium de Turri constituto, patrimonium suum Zlaxena gora coram Ioanne Braxffancz, iudice oppidi Szamobor, vendunt. Cop. vid. saec. XVIII.

3777 DV-II-13 Cathari 4. VII. 1505. Aloysius Zenus, rector et provisor Cathari, ad rogatum presbyteri Ioannis Grasso et presbyteri Baptistae de Buchia, praeceptum testamenti qd. Daniczae, viduae qd. Pauli de Spalato, de duobus quadragnolis terrae capitulo s. Triphonis legandis approbat. Or. P.

3778 D-VIIb-89 Iaderae 4. VII. 1505. Monasterium s. Dominici Jadrae usum fructus ex bonis, quae domina Margarita ex testamento mariti sui Antonii Vidulich »marangoni et civis Jadrensis« hereditate acceperat et 17. X. 1499. eidem monasterio cesserat, ei ad vitam degendam necessarium restituit. Copia saec. XVII.

3779 D-XXII-14 Crisij 13. VII. 1505. Bernardus de Thwrocz et Balthasar de Alap vicebani et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Stephani de Gwdowcz facta Nicolaum Derffy de Zerdahel cum quibusdam sociis intus nominatis quinque araturas tritici et sex siliginis in agro Oresye Stephani de Gwdowcz demessuisse. Or.

3780 D-XXII-15 Zagrabiae 16. VII. 1505. Andreas, archidiaconus de Bexyn et vicarius Zagrabiensis, plebanis de Zythech et de Peschenyecza mandat, ut quosdam intus nominatos adeant, qui cautionem pro Paulo Kwnych datam non observaverint. A tergo adscripta est nota Gregorii, plebani de Zythech, se mandatum saepius frustra executum esse. Or.

3781 D-XXII-16 (Zagrabiae) Capitulum Zagrabiense a Wladislao rege litteris Budae ....., 1505. datis iussum Andream Dwdich in dominium possessionis Orehowiczae introducit. Litterae iam evanuerunt. Quaedam ex regesto in XXI- 2/3 (Elenchus G. Jellachich, nr. LXXXIX, 39) suppleri possint. Or. P.

3782 D-XXII-17 Budae 15. VIII. 1505. Mon. Zg. III 44, nr. 43.

3783 D-XXIV-75 (Posegae) 16. VIII. 1505. Nicolaus Dragy de Feleghaz ab una et Anna, eius soror et uxor Laurentii Bradach de Ladomercz, ab altera parte concordiam coram capitulo Posegae ineunt, qua illa pars, quae heredes non habuerit, sua bona, de quibus diu litigabant, alteri parti leget. Tr. 10. VI. 1518.

3784 D-XXII-18 In castro Zenthgerghwara 15. IX. 1505. Balthasar de Batthyan declarat se a Iohanne Ernusth de Chakthornya castrum Zenth-Gerghwara et castella Prodawycz et Kapronczа pro uno anno gubernanda accepisse, deinde statuit, quot homines et officiales necessarij sint et quanta vectigalia sibi et domino exigat. Or.

3785 Privil. 109 In campo Rakos 13. X. 1505. Kuk. Iura reg. I 254, nr. 173.

3786 D-XXII-19 Zagrabiae 20. X. 1505. Mon. Zg. III 46, nr. 45.

3787 IV d 49–21 Budae 4. XI. 1505. Wladislaus rex banis Andreae Both de Bayna et Marco Horwath de Kamychacz praecipit, ut cives Montis Grecensis contra exactiones tributorum, a quibus exempti sunt, defendant et contra violentias Georgii de Bathor, Iohannis de Chaktornya, Bernardini de Frangepanibus et Nicolai Therek protegant. Or.

3788 D-XXII-20 Budae 6. XII. 1505. Wladislaus rex banis Andreae Both de Bayna et Marco Horvath de Kamychacz praecipit, ut Lucam episcopum Zagrabiensem, in ius evocent, qui, ut magister Ladislaus de Zelka, vicethesaurarius regis et commendatarius abbatiae b. Mariae in Thopoczka, questus est, huius possessionem in Zthrychych per Petrum Horwath, suum castellanum in Dombo, vi occupavit, praediales Iohannem et Antionium cepit eosque omnibus bonis spoliavit. Or.

3789 IV d 49–22 Budae 28. XII. 1505. Vladislaus rex banis Andreae Both de Bayna et Marco Horwath de Kamychacz praecipit, ut Georgium Zladoyewych, castellanum castrorum Obrowacz et Iappra, contra Beatricem, viduam ducis Iohannis Corvini, eiusque familiarem Emericum Therek defendant, qui ei salaria iam a qd. duce debita exsolvere nolunt et captivos Turcas ei abduxerunt. Or.

3790 I d 12, elen. II p. 5. 1505. Incolis Rakovczensibus libera exstirpatio foenilium ad Lonyam fluvium conceditur. Regestum.

3791 Sermag. XLV elen. 10. 1505. Beatrix a Frangepan, vidua Ioannis Corvini, possessionem Kerpulovcze Antonio Klonits pro fidelibus servitiis donat. Regestum.

3792 I d 170, sub S. 1505. Dorothea, vidua Mathiae Therek, et Paulus Kerecheni se vicissim successores in bonis Sabnicza et Sz. Ivan adoptant. Regestum.

3793 Jelačić 78: Elenchus Georgii Jellachich 1763., p. 9. Zagrabiae 1505. Donatio possessionis Merenye fratribus eremitis B. V. M. in Lepoglava. Regestum.

3794 I d 170, sub K. 1505. Michael Imrefi in dominio bonorum Krapina et Kostel statuitur. Regestum.

3795 D-XXII-21 Zagrabiae 18. I. 1506. Epistola Andreae, archidiaconi de Bexin et vicarii Zagrabiensis, ad plebanos Zthwbyczae Inferioris et s. Crucis in Jezero, in qua eos rogat, ut Andream et Johannem de Myrkowcz adeant et ad se citent, cum Katherina, vidua Georgii de Myrkowcz, tunc vero uxor Ladislai Ladomer de Adamowcz, eos de iniusta occupatione villarum Modraschy et Cyglenycha reos fecerit. Or.

3796 D-XXII-22 Zagrabiae 4. II. 1506. Vitalis Garazda de Kamarcza et Elias de Bwsthyncz, vicebani, et iudices nobilium comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Elisabeth, viduae Nicolai Benewd de Oztrosyn, tunc vero uxoris Georgii de Dyako, castellani castelli Zenth Ersebze, et eius filiae Margarethae facta apparere Annam de Kwthennya, viduam Iohannis Benewd, quam Elisabeth in castrum Oztrosyn receperit, 10. III. 1505. eo castro omnibusque bonis vi potitam esse et eas dominas eiecisse. Or.

3797 DV-I-97 Venetiis 8. II. 1506. Lauredanus, dux Venetiarum, Marino Mauro, comiti Veglae, praecipit, ut Gasparum Budislavich sua mandata exsequentem omni occasione adiuvet. Cop. saec. XVIII.

3798 D-XXII-82 Zagrabiae 16. III. 1506. Iohannes Ernusth de Chakthornya revocat fassionem, quam ab Iohanne de Gywla, castellano castri Quinqueecclesiarum, Lodovico Zerechen de Mezthegnew et magistro Alberto de Czwpy, archidiacono de Azzywagh et canonico Quinqueecclesiarum, coactus fecit; hi enim post mortem Sigismundi episcopi, fratris Iohannis Ernwsth, per aliquot dies celata bona et documenta eius sibi vindicaverunt. Tr. 27. XI. 1517.

3799 D-XXII-23 Budae 17. III. 1506. Wladislaus rex conventui ecclesiae Zaladiensis mandat, ut Andream de Laak, qui in causa a patre suo Petro Koczor de Laak a. 1478. contra qd. Sigismundum, episcopum Quinqueecclesiarum, mota possessionem Ztrwga- Zenth Peter et vadum in fluvio Drawa a. 1504. obtinuit, denuo ab episcopi fratre Johanne Ernwsth de Chakthornya accusatum ante regem in ius vocet. Or. S.

3800 IV d 49–23 In castello Rokonok 22. III. 1506. Beatrix de Frangepanibus, vidua Johannis Corvini, fratribus eremitis prope castrum Medwe concedit, ut oves et alia animalia in suis »montibus, terris infra metas claustri et castri Medwe et in pertinentiis villae Graczan« libere pascere possint. Cop. recens.

3801 D-XXII-24 Budae 23. III. 1506. Iohannes de Bornemycza de Berzencze, castellanus castri regii Budensis, iura sua in castro Zkrad et castello Ozthrosyn ultra fluvium Kwppe sitis et in aliis bonis qd. Iohannis et Nicolai de Bwenywd sibi a rege donatis in Stephanum Zylagy de Deeshaza, gubernatorem abbatiae de Thopoczka, coram Wladislao rege transfert. Or. S.

3802 D-XXII-25 Zagrabiae 31. III. 1506. Stephano, plebano s. Simonis, et Georgio, plebano de Chwcherye, praecipitur, ut plebanum Antonium a quibusdam clericis de violenta decimarum retentione accusatum citent. Fr.

3803 D-XXXI-90 (Zagrabiae) 21. V. 1506. Colomanus de Zabok tres sessiones in Gwrewecz Margarethae, viduae Leonardi de Gregwryewcz et nunc uxori Stephani Skercha, decem florenis auri coram capitulo Zagrabiensi oppignorat. Tr. 22. V. 1550.

3804 D-XXII-80 Budae 2. VII. 1506. Wladislaus rex Eliae Dragessich eiusque sorori Dorotheae et sororio Nicolao Spissich de Jappra eorum portiones in possessione Mikssincz nova donatione addito insuper iure regio confert et capitulo Zagrabiensi praecipit, ut introductionem exequatur. Tr. 22. X. 1515.

3805 D-XXII-26 In Walpo 28. VII. 1506. Palatinus Emericus de Peren Johanni Ernusth de Chakthornya duas partes mulctae, qua ille in processu iudiciali de possessione Zenthpeterfalva contra Andream Kaczor de Lak damnatus est, relaxat. Or. S.

3806 Privil. 110 Budae 27. VIII. 1506. Wladislaus rex Osvaldo (!) episcopo Zagrabiensi praecipit, ut de iniuriis ab Andrea Kenderessy, homine regio, quibusdam nobilibus illatis inquirat. Cop. vid. 1833.

3807 D-XXII-27 Varasdini 8. IX. 1506. Georgius de Zawersya et alii novem arbitri controversias in causa inter fratres patrueles Georgium et Stephanum Herkfy de Zayezda de testamento Nicolai Herkfy orta componunt. Or. 9 S.

3808 D-VII^b-90 Chersi 19. IX. 1506. Nicolaus de Petris et Andreas domos inter se permutant eo modo, ut Nicolaus Andreae, cuius domus pluris aestimatur, 50 libras parvorum denariorum solvat. Or. cum signo not. P.

3809 D-XXII-28 Budae 21. IX 1506. Wladislaus rex conventui ecclesiae Zaladiensis mandat, ut Andream de Laak, qui in causa a patre suo Petro Kaczor contra

qd. Sigismundum, episcopum Quinqueecclesiarum, mota possessionem Rew-Zenth Peter alio nomine Ztuyga et vadum in fluvio Drava a. 1504. obtinuit, ad rogatum episcopi fratris, Johannis Ernwsth de Chakthornya, ante regem in ius vocet. Or.

3810 D-XXII-88 Budae 2. X. 1506. In causa Joannis Ernusth de Chaktornya contra Andream Kattzor de Lak mota conventus b. Adriani de Zala nuntiat se reum in ius vocasse. Or.

3811 Jelačić XXIX, lib. II, p. 41–44 Budae 15. X. 1506. Wladislaus rex capitulo Zagrabiensi mandat, ut Stephanum Beriszlavicz eiusque filium Georgium in dominium possessionum Babku, Kussevicze, Novak. Markussevecz, Lussye, Cheby, Odre, Buzin et Luchenize (com. Zagr.), ei a Mathia rege et Johanne Corvino bano collatarum, introducat. Cop.

3812 D-XXII-29 Budae 20. X. 1506. Petrus comes de S. Georgio et de Bozyn, iudex curiae regiae, in causa inter capitulum Strigoniense et Budense atque Johannem Ernusth de Chakthornya huic edit paria litterarum 8. XI. 1504. datarum, quibus Wladislaum regem in ius citavit. Or. S.

3813 IV d 49–24 (Zagrabiae) 21. X. 1506. Sophia Thwz de Lak, uxor Andreae Hennyngh de Zomzedwara, Wladislaum regem a collatione, Beatricem de Frangepanibus, Lypthouiae ducissam, a venditione et Eliam Bosnyak de Broschyncz ab impetratione castrorum Medwe, Lokawecz et Rakonok coram capitulo Zagrabiensi iuridice prohibet. Cop. saec. XIX.

3814 D-XVIII-84 Budae 3. XI. 1506. Petrus comes de S. Georgio et de Bozyn, iudex curiae regiae, in causa a Johanne Ernusth de Chakthornya contra Petrum et Antonium de Pok mota et post horum mortem in comitem Johannem de Zapolya et Balthasarem, filium Antonii de Pok, condescensa de restatutione castri Sclabynae eiusque pertinentiarum in comitatu de Thwrocz decernens, visis litteris capituli Nitriensis d. d. 13. IV. 1494., quae restatutionem illam ab Antonio de Pok manu armata impeditam esse referunt, capitulo Budensi praecipit, ut restatutionem faciat, capitulum Nitriense autem propter errores et vitia in relatione commissa una marca seu 72 florenis multet. Or. S.

3815 IV d 49–17 Segniae 17. XI. 1506. Capitulum Segniense ad rogatum Angeli de Frangepanibus litteras de eius compositione cum Bernardino de Frangepanibus dd. 27. IX. 1501. transumit. Cop.

3816 D-XXII-31 Zagrabiae 27. XI. 1506. Mon. Zg. III 55, nr. 53.

3817 D-XXII-32 Budae 30. XI. 1506. Petrus, comes de S. Georgio et de Bozyn, iudex curiae regiae, Johanni Ernusth de Chakthornya duas partes mulctae, qua in causa a capitulo Budensi et Strigoniensi contra eum mota damnatus est, relaxat. Or. S.

3818 D-XXII-35 Budae 26. XII. 1506. Wladislaus rex capitulo Zagrabiensi mandat, ut Gregorium Orlowchych de Rippach, magistrum Franciscum de Zeremlyen, notarium cancellariae regiae, et Elyam Bosnyak de Bwschyncz in dominium omnium possessionum Andreae Hennyngh de Zomzedwara, quas Andreae ob vim exactoribus censuum in eisdem possessionibus illatam abstulit, introducat. Tr. 12. II. 1507.

3819 Sermag. XLVI elen. IV 1506. Justina, filia Nicolai de Batthyan, uxor Pauli Tsalovics de Gyurkovcz, eiusque frater et sorores bona qd. Nicolai de Batthyan coram capitulo Albensi inter se dividunt. Regestum.

3820 Sermag. XLVI elen. IV 1506. Altera pars litterarum de divisione bonorum qd. Nicolai de Batthyan inter eius liberos. Regestum.

3821 Jelačić 79: Elenchus Georgii Jellachich 1763., p. 9. Zagrabiae 1506. Donatio possessionis Marincz fratribus eremitis b. M. V. Regestum.

3822 D-XXII-89 Cca. 1506. (Wladislaus) rex capitulo Zagrabiensi mandat, ut patres Paulinos in dominium possessionis Marynez, quam ipsis quaedam nobilis domina contulit, introducat. E nota in dorso addita apparet introductioni Balthasarem Alap condradixisse. Fr.

3823 D-XXII-33 Budae 8. I. 1507. Magister Christophorus Subych de Pernya coram Wladislao rege intercessionem facit in Bartholomeum, priorem Auranae, qui possessionem Zwynycza a Christophoro petitam Iohanni de Thah illegitime conferre voluit. Or. S.

3824 D-XXII-34 Chasmae 18. I. 1507. Franciscus, tavernicus et cubicularius episcopi Zagrabiensis, decanum Matheum certiorem facit Symonem de Laugfew mortuum esse eique 15 florenos a Symone testamento legatos mittit. Or.

3825 D-XXII-79 Albae 24. I. 1507. Capitulum Albense Wladislao regi nuntiat sententiam iudiciariam, ut possessiones Johannis Ernusth in regione Kapronczae 4.400 florenis capitulis Strigoniensi et Budensi debitis pignori obligentur, – cum nemo vicinorum adesse voluerit, – 17. I. 1507. irritam factam esse, et postremo Georgium Orros de Orossowcz nomine Johannis eam vi prohibuisse. Tr. 22. X. 1511.

3826 D-XXII-83 Albae 24. I. 1507. Capitulum Albense Wladislao regi nuntiat, cum sententiam iudiciariam Petri, comitis de S. Georgio, iudicis curiae regiae, in causa capitulorum Strigoniensis et Budensis contra Johannem Ernusth exsequi conatum esset, reum id facere impedivisse. Tr. 26. XI. 1545.

3827 D-XXII-35 (Zagrabiae) 12. II. 1507. Capitulum Zagrabiense banis Marco de Kamychacz et Andreae Both de Bayna nuntiat, cum ex mandato Wladislai regis 26. XII. 1506. dato Gregorium Orlowchych de Rypach, magistrum Franciscum de Zeremlyen et Eliam Bosnyak de Bwschyncz in dominium possessionum Andreae Hennyngh introducere voluerit, Andream ei statutioni contradixisse, quare in ius vocatum esse. Or.

3828 IV d 49-13 Segniae 14. II. 1507. Capitulum Segniense testamentum Johannis de Frangepanibus dd. 21. III. 1406. ex lingua Theutonica in Latinam vertit. Copia.

3829 D-XXII-36 (Zagrabiae) 19. II. 1507. Bernardinus de Frangapanibus, Segniae, Veglae Modrussiaeque comes, a viduis Magdalena Michaelis et Helena Mathkovis Herendnyah dimidiam partem castri Lippa obtinet eisque in vicem possessionem Bobnarczy coram capitulo Zagrabiensi concedit. Or. P.

3830 I d 12, elen. IV, p. 38. II. 1507. Inquisitio in Balthasarem Bathyan a Stephano Herkffy accusatum qua demonstratur non huius, sed illius homines quaedam in bonis Bathyani combussisse. Regestum.

3831 D-XXII-80 (Zagrabiae) 16. III. 1507. Capitulum Zagrabiense a Wladislao rege litteris 2. VIII. 1506. Budae datis iussum Eliam Dragessich et Nicolaum Spissich de Jappra in dominium quarundam portionum in Mikssincz nova donatione collatarum introducit. Tr. 22. X. 1515.

3832 D-XXII-37 Budae 24. III. 1507. Wladislaus rex capitulo Budensi mandat, ut Laurentium Bradach de Ladomercz cubicularium et Johannem Horwath, aulicum regium, in dominium omnium possessionum qd. Petri Ispan de Geberyenhaza, quae ob defectum seminis ad regem devolutae sunt, introducat. Tr. 5. IV. 1507.

3833 D-XXII-39 Budae 28. III. 1507. Wladislaus rex capitulo Albensi praecipit, ut executionem iudiciariam a Johanne Ernusth 17. I. 1507. prohibitam redintegret. Tr. 16. IV. 1507.

3834 D-XXII-37 (Budae) 5. IV. 1507. Capitulum Budense Wladislao regi nuntiat, cum ab eo 24. III. 1507. iussum Laurentium Bradach de Ladomerch cubicularium et Johannem, aulicum regium, in dominium omnium possessionum qd. Petri Ispan de Geberyenhaza introducere voluerit, ei statutioni Michaelem de Bodmer nomine nobilium Angyel de Geberyenhaza contradixisse, quare in ius vocatos esse. Or.

3835 D-XXII-38 Budae 10. IV. 1507. Wladislaus rex magistro Eliae de Bwcha et Myksyncz, notario cancellariae regiae, eiusque fratri Bartholomeo bene meritis concedit, ut in suis bonis tormenta contra maleficios erigant eosque puniant. Or. P. S.

3836 D-XXII-39 (Albae) 16. IV. 1507. Capitulum Albense Wladislao regi nuntiat, cum a rege 28. III. 1507. iussum executionem iudiciariam a Johanne Ernusth prohibitam redintegrare voluerit, se a Iohanne repulsum esse. Tr. 1507.

3837 D-XXII-47 Romae 16. IV. 1507. Julius papa Petro de Lak, praeposito maiori, et Johanni Kanysai, canonico Quinqueecclesiarum, mandat, ut causam Ladislai, moderni perpetui commendatarii ecclesiae b. Mariae de Thopoczka, contra homines loci Crischich, qui 50 florenos auri ei annuatim solvere recusaverunt, ad finem perducant. Tr. 29. V. 1507.

3838 D-XXII-40 In Glawnicza 19. IV. 1507. Sigismundus Borothwa de Zenth Dyenes sessionem ex adverso castelli sui in Felsso Ztubicza Martino de eadem Felsso Ztubicza quinque florenis coram Johanne Balthesarich de Glawnycza, iudice nobilium comitatus Zagrabiensis, pignori obligat. Or.

3839 D-XXII-84 In Zomzedwara 29. IV. 1507. Andreas Henningh de Zomzedwara familiari suo Johanni Benko fundum in Also-Ztobycza confert. Tr. 20. XI. 1545.

3840 D-XXII-41 Budae 5. V. 1507. Wladislaus rex Clementi, filio qd. Pauli de Zwhodol, eiusque fratribus et propinquis bene meritis possessiones Zwhodol, Ozek, Losan, Obudowcz, Nowakowcz, Kosthanyowcz alio nomine Gezthenyewcz nova donatione confert. Or. P. S.

3841 D-VII-14 Jadrae 9. V. 1507. Bernardus Bondomerius, vicecomes et capitaneus Jadrae, vineam in insula Pissimana de bonis Francisci de Fumatis, qui Blasio de Soppe ducatos 35 debebat, auctione ducatis 40 vendit. Or. P.

3842 D-XXII-42 (Chasmae) 10. V. 1507. Martinus Iemecz de Repyncz eiusque uxor Elena, filia Lucae de Brezkorasthyna, omnes suas possessiones in Repyncz, Rethkowcz, Erdowcz et Rawen Benedicto, castellano de Czirquena, coram capitulo Chasmensi cedunt ea condicione, ut suasfilias Katherinam et Margaretham Lazar et Gregorius, filii Benedicti, in matrimonium ducant. Or.

3843 DV-II-15 Jadrae 11. V. 1507. Coram Jacobo de Gallellis, consiliario comitis Jadrae, Margarita, vidua Hieronymi Ruschonich, Dobrae, filiae qd. Stephani Banich, olim ancillae qd. Hieronymi, domunculam in contrata s. Lucae sitam ducatis 21, quos pro mercede sua vigore sententia iudiciariae 10. VI. 1499. latae habere debebat, tradit. Or. cum signo not. P.

3844 D-XXII-43 Budae 12. V. 1507. Michael, canonicus Albensis et plebanus ecclesiae b. Georgii in oppido S. Georgii, annuit, ut Andreas Budor de Bwdrowcz in capella s. Wolfgangi capellanum instituat, caveat tamen, ne parochia inde damnum capiat. Or.

3845 D-XXII-44 (Chasmae) 17. V. 1507. Johannes, filius qd. Nicolai Banffy de Also Lyndwa, comes perpetuus comitatus de Wereweze, coram capitulo Chasmensi declarat bona sui patris a matre sua Margaretha, quae vidua Stephano Ernusth de Chakthornya nupsit, sibi restituta esse. Or.

3846 D-XXII-45 In Zamobor 18. V. 1507. Georgius de Lathure, cui vicarius Wgrin olim decimam capituli Zagrabiensis in Zamobor pretio 50 ducatorum cessit, in patriam reversus per servitorem suum Veyt Reysager eandem concessionem sub eadem condicione a capitulo petit. Or.

3847 D-XXII-46 Budae 24. V. 1507. Universitas nobilium regni Sclavoniae coram rege Wladislao questa est pauperes nobiles etiamsi bona et iura possessionaria rite obtinuissent, possessionem bonorum ob violentam contradictionem magnatum assequi non posse; propterea rex banis Andreae Both de Bayna et Marco Horwath de Kamychacz mandat, ut ea bona veris dominis etiam, si necesse fuerit, vi restituant. Or. S.

3848 D-XXII-47 Quinqueecclesiis 29. V. 1507. Citatio partium generalis, quam edunt canonici Petrus de Lak, praepositus maior, et Johannes de Kanysa, comes capellae deauratae, iudices a papa Julio litteris Romae 16. IV. 1507. datis delegati in causa Ladislai, commendatarii ecclesiae b. Mariae de Thopoczka, contra homines loci Crischich, qui 50 florenos auri ei annuatim solvere recusaverunt. Or. 3 S.

3849 D-XXII-48 Budae 7. VI. 1507. Mon. Zg. III 56, nr. 54.

3850 D-XXII-50 Budae 29. VI. 1507. Wladislaus rex capitulo Chasmensi praecipit, ut alterum suum mandatum in causa de bonis qd. Milos Belmosowych eodem die datum Stephano et Marco Joxych tradat. Tr. 13. VII. 1507.

3851 D-XXII-50 Budae 29. VI. 1507. Wladislaus rex Marcum et Stephanum Joxych, contra quos cubicularius regis Laurentius Bradach causam movit, quia bona qd. Milos Belmosowych sibi vindicabant, in iudicium regium citat. Tr. 29. VI. 1507.

3852 D-XXII-49 In Lukavecz 5. VII. 1507. Mon. Tur. II 241, nr. 162.

3853 D-XXII-50 (In Chanad) 13. VII. 1507. Capitulum Chanadense Wladislao regi nuntiat se mandato regis dd. 29. VI. 1507. accepto alterum mandatum regis Stephano et Marco Joxych 10. VII. e. a. tradidisse. Fr. S.

3854 D-XXII-51 (Chasmae) 22. VII. 1507. Capitulum Chasmense Georgio Castellanffy de Zenthlelek, de se bene merito, litteras eius gratis sigillare pollicetur. Or. P.

3855 D-XXII-52 Gyulae 27. VII. 1507. Beatrix de Frangepanibus, vidua Johannis Corvini, Andreae Dwdych de Wzym, castellano castri sui Gywla, de se bene merito possessiones Orehowycza, Zowyak, Pecza, Bryzthowcz (in comitatu Varasdiensi) in pertinentiis castri Crapina una cum filia sua Helizabeth donat. Or. P. S.

3856 D-XXII-86 Budae 18. VIII. 1507. Emericus Czobor de Czobor Zenth-Myhal ab una ac frater eius Martinus ab altera parte coram Emerico de Perny palatino declarant se de bonis Holich, Strasa, Czobor Zenth-Myhal, Eleskew, Manyga et Bogdanocz dividendis unione inita constituisse, ut omnibus litibus sopitis castrum Holich et castellum Strasa cum dimidia parte bonorum Czobor Zenth-Myhal nec non vinea in promontorio civitatis Budae sita Emerico, reliqua vero bona Martino obvenirent hoc addito, ut Emericus vendito castro Holich Martino flor. Hung. 5.000 solveret, hic autem illi bona Eleskew, Manyga et Bogdanocz remitteret, dimidia vero pars arcis et bonorum Czobor Martino vivo nullo modo, post mortem eius depositis prius flor. Hung. 2.500 redimi posset. Tr. 25. III. 1579. Cop. saec. XVII.

3857 D-XXII-53 (Zagrabiae) 7. IX. 1507. Mon. Zg. III 57. nr. 55.

3858 D-XXII-54 (Chasmae) 10. IX. 1507. Ladislaus et Benedictus Rathkay coram capitulo Chasmensi intercessionem faciunt, ne Anna, vidua Nicolao Kathwych de Wrbowcz, alienet, neve Beatrix de Frangepanibus, vidua Johannis Corvini, emat neve Wladislaus rex conferat suum castellum Wrbowcz. Or.

3859 D-XXII-55 (In Monte Greccensi) 16. X. 1507. Mon. Zg. III 59. nr. 56.

3860 D-XXII-56 (Chasmae) Stephanus de Gudoucz coram capitulo Chasmensi intercessionem *facit in Thomam litteratum de Pawlochewcz, ne suam possessionem* Pawlochewcz fraudulenter alienet, et Wladislaum regem ne eam conferat. Or.

3861 D-XXII-57 In Morawcha 28. X. 1507. Martinus Jantolkoich de Kalin eiusque uxor Elisabeth fenile Mastanowska Valentino Laczkoich de Kalin sex florenis auri coram Stephano de Hwm, iudice nobilium comitatus Zagrabiensis, pignori obligat. Or.

3862 D-XXIII-27 Budae 5. XI.1507. Wladislaus rex capitulo Chasmensi praecipit, ut Laurentium Bradach de Ladomercz, cubicularium regis, in dominium castelli iuxta fluvium Byztrycza in colle Hom siti et adiacentium possessionum (in comitatu Zagrabiensi) introducat. Tr. 13. XI. 1508.

3863 D-XXII-58 Budae 7. XI. 1507. Wladislaus rex Martinum, cardinalem Strigoniensem, secretarium cancellariae suae, Stephanum, episcopum Nitriensem. personalem suum locumtenentem, palatinum Emericum de Peren, iudicem curiae suae, Petrum, comitem de S. Georgio et de Bozyn, aliosque assessores sedis suae iudiciariae iudicium in causa capitulorum Strigoniensis et Budensis contra Johannem Ernusth de Chakthornya de 4.000 florenis solvendis mota renovare iubet, cum Johannes longe aliter ac iussus esset 6. X. 1504. et 6. X. 1506. in causa respondisse asseruerit. Or.

3864 D-XVIII-85 Budae 12. XI. 1507. Comes Petrus de S. Georgio et de Bozyn, iudex curiae regiae, in causa inter Margaretam, filiam qd. Alberti Kwthe de Kewthegyan, uxorem Ladislai de Kawas, et Franciscum Balassa de Gyarmath eiusque filiam Katharinam edit par sententiae ab actrice exhibitae, quam Wladislaus rex litteris ad capitulum Warasdiense 22. XI. 1492. datis tulit. Or. S.

3865 D-XXII-64 Budae 17. XI. 1507. Wladislaus rex capitulo Chasmensi praecipit, ut in causa Andreae Budor de Budrowcz contra Demetrium de Mylethyncz eiusque uxorem Sophiam, Christophorum et Michaelem, filios qd. Blasii Budor de Budrowcz, Stephanum, filium qd. Ladislai de Egerwara, Johannem de Erweuczo et Johannem Dersywoych de vi accusatos inquisitionem faciat. Tr. 3. I. 1508.

3866 D-XXII-62 Budae 19. XI. 1507. Wladislaus rex capitulo Chasmensi praecipit, ut in Christophorum et Michaelem, filios qd. Blasii Budor de Budrowcz, aliosque complices ab Andrea Budor de vi et rapina accusatos inquisitionem faciat. Tr. 2. I. 1508.

3867 D-XXII-63 Budae 19. XI. 1507. Wladislaus rex, cum Andreas, filius qd. Nicolai, filii Adae, filii Jacobi de Bwdrowcz, divisione bonorum qd. Petri, filii Blasii Wokecz, filii Jacobi Bwdor in Bwdrowcz, Wezwlowcz, Pathak cum Christophoro et Michaele, filiis Blasii Bwdor, contentus non fuerit, capitulo Chasmensi praecipit, ut iuxta propositum Andreae Michaelem ad accipiendam partem sessionis Drwgezakwchynoycha-zelo, in qua Blasius castellum et fossata extruxit, his exceptis pro parte sessionis Hechycza-zelo, quae ipsi in divisione obtigit, invitet. Tr. 2. I. 1508.

3868 D-XXII-59 [Zagrabiae] 21. XI. 1507. Elena, vidua Petri Kornyak de Marygolthowcz, et Elena, filia Valentini, civis civitatis Montis Grecensis, coram capitulo ecclesiae Zagrabiensis intercessionem faciunt, ne Wladislaus rex conferat nevé Georgius Ambrekowych de Zlataryo accipiat suas possessiones in Marygolthowcz (in comitatu Warasdiensi). Or.

3869 DV-II-16 Jadrae 15. XII. 1507. (Italice). Petrus Delphinis, comes Jadrae, praecepta testamenti a magistro Joanne eiusque uxore Lena in favorem fratrum s. Dominici de Jadra facta de ducatis 9 pro duabus domibus annuatim monasterio solvendis approbat. Cop. saec. XVII.

3870 D-VII-17 Jadrae 29. XII. 1507. Coram Jacobo Gallello, consiliario comitis, Catherina, vidua Pripchi Stancouich de villa Razizae et nunc uxor Grubissae Mathesia, Michaeli Treuiseuich de villa Pechiarofzi unum gognale vineae sibi a suo primo marito donatum libris 12 vendit. Or. cum signo not. P.

3871 D-XXII-39 1507. Petrus, comes de S. Georgio et de Bozyn, iudex curiae regiae, edit paria litterarum 16. IV. 1507. datarum, quibus capitulum Albense regi Wladislao nuntiat executionem iudiciariam a Johanne Ernusth repulsam esse. Fr.

3872 D-XXII-60 Crisii 1507. Ludovicus de Pekher et Franciscus Nelepeczy de Dobrokwcha vicebani et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Stephani de Gudowcz facta apparere Ambrosium Mozlawecz, iobagionem exponentis in Jakozerdahel, in domo Bartholomei Rathecz, iobagionis Georgii Bonthussowcz, a Paulo, consobrino Philippi litterati et genero Elizabeth, filiae qd. Thomae Briga de Jakozerdahel, eiusque hominibus dire verberatum esse. Or. S.

3873 D-XXII-61 Budae 1507. Stephanus Bradarich Albertum, praepositum maiorem Zagrabiensem, salutat. Or. mancum.

3874 Sermag. XLVI elen. IV 1507. Receptio Joannis de Gyula, Sophiae de Batthyan et Gregorii ac Michaelis de Gyula, in confraternitatem ordinis s. Francisci. Regestum.

3875 I d 170 sub N. 1507. Johannes Ernst possessionem Novakovecz ad arcem Chakthornyam pertinentem Nicolao Ladi pro fidelibus servitiis confert. Regestum.

3876 I d 170 sub T. 1507. Contractus inter nobiles Kressich et gubernatorem abbatiae b. Mariae de Thopuszka. Regestum.

3877 DV-I-143 Cca 1507. Regesta 21 instrumentorum ex inventario presbyteri Marini Mladessich extraxta, quae venditiones terrarum ab a. 1469. usque ad a. 1507. continent. Or.

3878 D-XXII-62 [Chasmae] 2. I. 1508. Capitulum Chasmense a Wladislao rege litteris Budae 19. XI. 1507. datis inquisitionem in Christophorum et Michaelem, filios qd. Blasii Budor de Budrowcz, Stephanum, filium qd. Ladislai de Egerwara, aliosque nobiles, quos Andreas Budor de vi et furto accusavit, facere iussum banis Andreae Both de Bayna et Marco Horvath de Kamychacz nuntiat, cum ex inquisitione querelas veras esse apparuerit, reos in ius vocatus esse. Or.

3879 D-XXII-63 [Chasmae] 2. I. 1508. Capitulum Chasmense Andreae Both de Bayna et Marco Horwath de Kamychacz banis nuntiat se iuxta mandatum Wladislai regis dd. 19. XI. 1507. divisionem bonorum inter Andream, filium Nicolai Bwdor, ab una parte et Christophorum et Michaelem, filios Blasij Bwdor, ab altera, qua divisione Andreas contentus non fuerit, corrigere conatum esse, sed Michaelem repudiasse. Or.

3880 D-XXII-64 [Chasmae] 3. I. 1508. Capitulum Chasmense a Wladislao rege litteris Budae 17. XI. 1507. datis inquisitionem in Demetrium de Mylethyncz eiusque adiutores, quos Andreas Budor de Budrowcz de vi sibi illata accusavit, facere iussum banis Andreae Both de Bayna et Marco Horwath de Kamychacz nuntiat, cum ex inquisitione querelas veras esse apparuerit, reos in ius vocatus esse. Or.

3881 D-XXII-65 Lippae 9. I. 1508. Beatrix de Frangepanibus, Johannis Corvini vidua, se Andreae Dwdych de Wzyn pro officiis sibi et filiae suae Elisabeth exhibitis quingentos florenos debere profitetur, pro quibus ei possessiones Orychowycza, Zowyak, Pecza et Bryzthowcz minorem cedit. Or. P. S.

3882 D-XXII-66 Budae 13. I. 1508. Mon. Zg. III 60, nr. 57.

3883 D-XXII-67 Zagrabiae 19. I. 1508. Mon. Zg. III 60, nr. 58.

3884 D-XXII-68 [Chasmae] 14. III. 1508. Thomas, filius Nicolai Drobytel de Bedennycza, nomine Sophiae, uxoris Johannis de Pezeryo, coram capitulo Chasmensi intercessionem facit in huius maritum, qui eam cogere voluerit, ut sibi et Nicolao, patrueli suo, possessionem Wyhel donaret. Or .

3885 D-XII-88 Budae 21. III. 1508. Wladislaus rex capitulo Chasmensi praecipit, ut litteras, quae de introductione Hennynghi de Zomzedwar in dominium castrorum Zomzedwar et Selyn ac districtuum Zthobicza, Karavarszka, Chichan, Berdouecz agunt, Sophiae Thus, viduae Andreae Hennyngh, edat. Tr. 5. IV. 1508.

3886 D-XII-88 [Chasmae] 5. IV. 1508. Capitulum Chasmense a Wladislao rege litteris Budae 21. III. 1508. datis iussum e paribus in sacristia seu conservatorio asservatis transumit et Sophiae Thuz, viduae Andreae Hennyngh de Zomzedwar, edit litteras eiusdem capituli 13. VI. 1455. datas, quibus idem capitulum testatur se a Ladislao rege litteris Viennae 30. IV. 1455. datis iussum Hennynghum de Zomzedwar eiusque uxorem Dorotheam in castra Zomzedwar et Selyn et quasdam alias possessiones introduxisse. Cop. vid.

3887 D-XXII-69 Zagrabiae 5. V. 1508. Mon. Zg. III 63, nr. 61.

3888 D-XXII-70 Chakthornyae 8. V. 1508. Banus Johannes Ernusth de Chakthornya, qui ab Andrea de Kaproncza, canonico Quinqueecclesiensi, eiusque nepote Michaele de S. Georgio. canonico Quinqueecclesiensi et Albensi, 1120 florenos mutuos sumpserat, ut suas possessiones Zenth Peter et Gorycza redimeret, promittit se statim 220 flor. reliquas vero pecunias 26. VII c. a. soluturum esse; quod nisi ita esset, se iis suas possessiones Mochno, Kwchycza, Zemynecz et Loko usque ad redemptionem cessurum esse. Or.

3889 D-XXII-71 In Kalyn 21. V. 1508. Stephanus de Hwan, iudex nobilium comitatus Zagrabiensis, testatur Marcum et Petrum de Kalyn ac Elizabeth, uxorem Martini Zabo de Beryzlowch, inter quos propter decursum cuiusdam rivuli controversia orta est, arbitrio septem proborum nobilium vicinorum se submisisse. Or.

3890 D-XXII-72 Zagrabiae 22. V. 1508. Elena, vidua Balthasaris Baldak de Toplica, *portionem suam iuxta castrum Wolawlya et aliam in* Dolyan sitas, suae filiae Magdalenae coram capitulo Zagrabiensi ea condicione donat, ut eam, dum vivat, sustentet. Or. P. S.

3891 Privil III Budae 28. V. 1508. Kuk. Iura reg. I 259, nr. 174.

3892 D-XXII-90 Budae 1. VI. 1508. Fragmentum mandati regis Wladislai de bonis ignoto exponenti restituendis editi. Fr. S.

3893 D-XXII-73 Budae 16. VI. 1508. Petrus Wrathysa de Wrathysynez coram capitulo Budensi nomine Johannis Ernusth de Chakthornya intercessionem facit in Beatricem, viduam Johannis Corvini, quae post mortem filiae suae Elisabeth suam partem bonorum qd. palatini Petri Gereb de Wyngarth aliis quibusdam donavit, quamquam inter Johannem Ernusth, huius fratrem Sigismundum, episcopum Quinqueecclesiensem, et Johannem Corvinum, quibus bona Petri Gereb ob defectum seminis huius obtigerunt, constitutum sit, si quis eorum sine herede decedat, ut eius pars in superstites transferretur. Or.

3894 D-XXII-74 Budae 19. VI. 1508. Mon. Zg. III 66, nr. 64.

3895 D-XXII-75 Budae 22. VI. 1508. Wladislaus rex Johanni Ernusth de Chakthornya bano et Thomae de Zeech praecipit, ut cubicularium suum Johannem, filium Nicolai Banffy de Also Lyndwa, contra iniustos impetitores, praesertim contra Johannem etiam Banffy de Also Lyndwa, tueantur. Or.

3896 D-XXII-76 In civitate terrae Fluminis 11. VIII. 1508. Henricus alias Emerich de Çochena, clavicularius qd. magistri Johannis de Turre, capitanei in terra Fluminis, suum ius in domum magistri Thomae, pellificis in ea civitate, conventui s. Hieronymi ordinis fratrum s. Augustini coram presbytero Johanne Barbiton de terra Fluminis, notario publico, donat. Or. cum signo not. P.

3897 D-XXII-77 Warasdini 15. VIII. 1508. Bernardus de Thurocz comes et iudices nobilium comitatus Warasdiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Katharinae, viduae Gorgii de Myrkowcz, tunc uxoris Ladislai Ladomer de Adamowcz, facta apparere possessiones Katharinae eiusque et qd. Georgii liberorum in Czyglenicza sitas ab eius privignis Andrea et Johanne, filiis qd. Georgii, vi occupatas esse. Or.

3898 DV-II-19 Jadrae 24. VIII. 1508. Petrus Delphinis, comes Jadrae, domunculam in contrata s. Michaelis de bonis Francisci de Fumatis Hieronymo Perliza, commissario Petri et Pauli Mauroceno, nobilium Venetorum, assignatis, pro cautione sententiae contra Franciscum de ducatis decem in favorem nobilium Mauroceno latae, Symoni Zelencouich de villa Millacha auctione libris 170 vendit. Or. P.

3899 I d 12, elen. IV, p. 38. [Chasmae] 23. X. 1508. Georgius et Stephanus Herkffy de Zajezda Wladislaum regem a donatione bonorum Szent Jacob, Szent Illia, Zekethin, Lusan, Georgio Groff, comiti Zagoriae, et Balthasari Bachan facta coram capitulo Chasmensi iuridice prohibet. Regestum.

3900 D-XXIII-27 [Chasmae] 13. XI. 1508. Capitulum Chasmense iuxta mandatum Wladislai regis dd. 5. XI. 1508. Laurentium Bradach de Ladomercz in dominium castelli in colle Hom introducit. Tr. 13. VI. 1510.

3901 D-XXII-78 In Castro Ferreo 2. XII. 1508. Paulus, abbas monasterii s. Salvatoris de Kapornok, et Wenceslaus de Raspriz, canonicus ecclesiae Castri Ferrei, per papam iudices delegati, plebanis in Moraucza et Novoloco praecipiunt, ut omnes incolas et rusticos, quos Andreas, vicarius Zagrabiensis, propter decimas Stephano episcopo et Georgio, plebano in Nova villa, debitas in ius vocavit, absolvant et eis »participationem ecclesiasticorum sacramentorum restituant«. Or.

3902 DV-II-18 Chersi 9. XII. 1508. Petrus Gapich Petro Antonij Chuchig terrena in contrata sita libris 800 vendit, quam quidem venditionem Franciscus Trono, comes Chersi et Auseri, validam esse pronuntiat. Or. cum signo not. P.

3903 I d 170 sub S. 1508. Familia Henning collationem bonorum Szumszedvar, Selin, Ztubicza comiti Corbaviae iuridice inhibet. Regestum.

3904 D-XXIV-116 [Zagrabiae] 23. I. 1509. Thomas Farkassyth de Kryschyth et Bernardus Thompych de Zewchan fratres suos Stephanum Farkasyth et Johannes Thompych »compossessores« in suis possessionibus Vranograch, Pozwyzd et Chawicza coram capitulo Zagrabiensi faciunt. Tr. 29. XI. 1514.

3905 DV-II-20 Jadrae 29. I. 1509. Gregorius Vinturinus et Nicolaus Drasmileus, canonici Jadrenses, iudices a sede apostolica delegati in causa inter fratres III ordinis s. Francisci monasterii s. Mariae de Capite insulae Veglae et presbyterum Petrum, rectorem parochialis ecclesiae s. Apolinaris de Dubasniza, iuxta breve apostolicum dd. 16. XI 1508. fratres ab omnibus excommunicationibus absolvunt. Or.

3906 D-XXIII-1 In Pakracz 30. I. 1509. Epistula Johannis de Than, gubernatoris prioratus Auranae, ad Johannem Castellanffy de Zenthlelek data de quibusdam equis iobagionum reddendis. Or.

3907 D-XXIV-116 Zagrabiae 6. II. 1509. Balthasar Alap, banus de Jaycza, nomine Catherinae, uxoris Benedicti de Bathyan, ab una et Thomas Farkassyth ac Bernardus Thompyth de Zwechan ab altera parte concordiam ineunt, qua una pars alteri possessiones Vranograch, Podzwyzd, Chawycza etc. communiter gubernare coram capitulo Zagrabiensi promittit. Tr. 29. X. 1514.

3908 DV-II-21 Jadrae 21. II. 1509. Gregorius qd. Michaelis Viviani Francisco de Fumatis, heredi Cressi de Ciualfellis, terras ad Paprat sitas 50 ducatis auri vendit. Or. cum *signo not.* P.

3909 DV-II-22 Jadrae 25. II. 1509. Jacobus de Pechiaro qd. Natalini fratri suo Simoni dimidiam partem possessionis in villa Varicasscine 200 ducatis auri vendit. Or. cum signo not. P.

3910 D-XXIII-2 Zagrabiae 8. V. 1509. Mon. Zg. III 73, nr. 69.

3911 D-XXIII-3 16. V. 1509. Mon. Zg. III 74, nr. 70.

3912 D-XXIII-4 Budae 1. VI. 1509. Emericus de Peren palatinus capitulo Chasmensi praecipit, ut ad preces Margarethae Hennyngh de Zomzwdwara, viduae Valentini Erdewdy de Monozlo, nunc coniugis Johannis qd. Pauli Banffy de Alsolyndwa, cui Thomas, cardinalis ac patriarcha Constantinopolitanus et archiepiscopus Strigoniensis, bubus, porcis, fructibus raptis atque 750 florenis e scrinio vi ablatis ingens damnum intulit, inquisitionem faciat. Or.

3913 D-XXIII-5 Budae 1. VI. 1509. Emericus de Peren palatinus conventui ecclesiae de Kapornok idem mandat ac capitulo Chasmensi eodem die mandavit. (Cf. D-XXIII-4 dd. 1. VI. 1509.).

3914 D-XXIII-6 In Orechowcz 19. VII. 1509. Potentia de Pataki, vidua Johannis Nyemecz de Gostowyncz, et eius filii Georgius et Michael terram arabilem Toplychycza Matthiae litterato Pyzaczycz de Hysanowcz tribus florenis et 26 denariis coram Andrea Brolwa de Werbowcz, iudice nobilium comitatus Crisiensis, pignori obligat. Or.

3915 D-XXIII-7 Budae 7. VIII. 1509. Mon. Zg. III 76, nr. 72.

3916 D-XXIII-8 Varasdini 10. VIII. 1509. Colomanus de Zabok quinque sessiones iobagionales in possessionibus Iwrowcz et Pawlowcz Margarethae, uxori Stephani Skontha de Gregorowcz, eiusque filiis Vincentio et Gregorio 50 florenis coram Johanne Ernusth de Chakthornya et Georgio de Kanysa banis pignori obligat. Or.

3917 DV-II-23 Jadrae 10. VIII. 1509. Coram Leonardo Mocenigo et sociis, procuratoribus civitatis Jadrae, Zoillus, filius Jacobi de Fera a paterna potestate emancipatus, Cressio qd. Gregorii de Ciuallellis possessiones in villa Criuacirat sitas 80 ducatis auri vendit. Or. cum signo not. P.

3918 IV d-49-25 Modrusiae 11. IX. 1509. Bernardinus de Frangepanibus, Vegliae, Segniaen Modrussiaeque comes perpetuus, Joanni Dezpothowych de Houyz de se bene merito, castellum Boryncy inter fluvium Mrysnycza situm donat. Tr. 8. VIII. 1579.

3919 D-XXIII-9 Quinqueecclesiis 16. IX. 1509. Johannes Bakotha de Medwez portiones suas in possessionibus Korpach et Dewether nobili David de Thessen eiusque uxori Advigae et filio Ieronimo 20 florenis coram capitulo ecclesiae Quinqueecclesiarum pignori obligat. Or.

3920 DC-I-17 Polje apud s. Mariam 26. IX. 1509. Martinus Kromchich, officialis comitis Bernardini Frangepan, metas inter Drivenik, Belgrad et Grisana constituit, Matheus, canonicus et notarius Modrussiensis 15. XI. 1514. in Grisana hoc instrumentum transcribit et comes Stephanus Frankapan confirmat. Cop. saec. XVIII.

3921 D-XXIII-10 Chasmae 21. X. 1509. Epistula Andreae, praepositi Chasmenssis, ad Albertum, praepositum ecclesiae Zagrebiensis, data, qua Georgium, plebanum de Topozka, qui valetudinis restaurandae causa proficisci velit, ecclesiastice punitum non esse testatur. Or .

3922 DXXIII-11 Zagrabiae 16. XI. 1509. Balthisar de Bachan et Paulus Chawlowych de Gyorkowcz, vicebani et comites, ac iudices nobilium comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione facta apparere Michaelum Lauthus de Chorgo, castellanum Bartholomei, prioris Auranae, ex huius mandato 22. X. 1508. multa armenta et pecora ex possessionibus Pankolegh et Hraschan Laurentii, Georgii et Emerici Bradach de Lodomercz ad castellum Bosyako prioris Auranae abegisse. Or.

3923 D-XXIII-12 [Chasmae] 6. XII. 1509. Andreas Budor de Budrowcz suo suorumque fratrum nomine palatinum Emericum de Peren, qui castellum Gorbonok in possessione Prydworya contra testamentum Stephani de Gorbonok vi occupavit, coram capitulo Chasmensi iuridice prohibet. Or.

3924 D-XXIII-13 Zagrabiae 6. XII. 1509. Balthisar de Bachan et Paulus Chawlowych, vicebani et comites, ac iudices nobilium comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Laurentii, Georgii et Emerici Bradach de Lodomercz facta apparere Bartholomeum, priorem Auranae, cum suis hominibus in sessionem iobagionalem Stephani Kramarych in Laktheez irruisse et ab'nde armenta, foenum, fruges et clenodia vi abstulisse nec non rotam thelonii exponentium abolevisse. Or.

3925 D-XXIII-14 Bradnae 14. XII. 1509. Georgius de Kanysa et Johannes Ernusth de Chakthornya, bani, capitulo Zagrebiensi praecipiunt, ut in causa Johannis Werych de Zagrawch de iniuriis in Andream Dwdych, capitaneum castri Crapina, mota inquisitionem faciat. Tr. 31. XII. 1509.

3926 D-XXIII-19 Bradnae 20. XII. 1509. Georgius de Kanysa et Johannes Ernusth de Chakthornya, bani, capitulo Zagrabiensi praecipiunt, ut in causa Sophiae, uxoris Johannis de Pezeryo, contra Georgium Castellanffy de quibusdam iniuriis mota inquisitionem faciat. Tr. 4. I. 1510.

3927 D-XXIII-20 In Martynyanch 24. XII. 1509. Georgius de Kanysa et Johannes Ernusth de Chakthornya, bani, capitulo Chasmensi praecipiunt, ut Ludovicum de Pekewcz et Martham, viduam Francisci de Zenthe, de quibusdam debitis restituendis in ius evocet. Tr. 5. I. 1510.

3928 D-XXIII-14 Crisii 31. XII. 1509. Capitulum Zagrabiense a banis Georgio de Kanysa et Johanne Ernusth de Chakthornya, coram quibus Johannes Werych de iniuriis sibi ab Andrea Dwdych, capitano castri Crapina, illatis questus erat, litteris Bradnae 14. XII. 1509. datis iussum inquisitione facta repperit querelas veras esse, quare reum in ius Crisium ad. 13. I. 1510. evocatum esse nuntiat. Or.

3929 D-XXIII-15 1509. Registrum de decim tritici, siliginis, avenae, hordei, porcorum in villis Thwlchich, Vinodol in monte Petriniensi, Petrinya, Dolacz, Mokricza, Knese polye, alterum registrum vini, tertium milii. Adscripti sunt nonnulli versus. Or.

3930 D-XXIII-16 Warasdini 1509. Bernaldus de Thwrocz, comes Warasdiensis, testatur ex inquistione facta apparere Franciscum Beriszlo de Grabarya ad castrum Lobor, vi occupatum, praedam ex Johannis de Fodrovez possessione Borkowcz, in qua 18 boves, asportasse. Or. et cop. vid.

3931 D-XXIII-17 Crisii 1509. Balthasar de Bachyan et Paulus Chawlowych de Gywrkowcz, vicebani et comites, ac iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Andrea Bwdor de Bwdrowez facta apparere a Michaele Bwdor de Bwdrowcz, fratre exponentis condivisionali, duos inquilinos exponentis abductos et verberatos et multa damna exponenti illata esse. Or.

3932 D-XXIII-19 1509. Epistula ignoti auctoris, qua de iniuriis fratribus suis litterato Johanni et Christophoro de Orechowcz ab Andreae Dudich illatis queritur. Or.

3933 D-XXI-109 [Chasmae] 1509.? Fragmentum litterarum capituli Chasmensis ad banos Georgium de Kanysa et Johannem de Chakhornya datarum, in quibus mandatum banorum citatur de inquisitione contra Georgium Horwatych de Gwnyak ac Matheum de Wechezlawcz et Nicolaum de Maly Hruswez facienda, qui chitaristam Petrum Lowrekoych, inquilinum Andreae Bwdor de Bwdrowcz, spoliaverunt, et contra Georgium de Chyanyewecz, Petrum Nagh de Pathak, castellanum Sigismundi Frodwhar de Bednya, quos omnes dictus Andreas Budor de vi reos fecit. Fr.

3934 D-XXIII-19 [Zagrabiae] 4. I. 1510. Capitulum Zagrabiense a banis Georgio de Kanysa et Johanne Ernusth de Chakthornya litteris Bradnae 20. XII. 1509. datis iussum eisdem nuntiat ex inquisitione ad rogatum Sophiae, uxoris Johannis de Pezeryo, contra Georgium Castellanffy de Bykzad ab ea accusatum, quod eam possessione Wyhek Zenth – Peter spoliavit, facta apparere querelas veras esse, quare eum eiusque adiutorem Thomam Castellanych in ius vocatos esse. Or.

3935 D-XXIII-20 [Chasmae] 5. I. 1510. Capitulum Chasmense litteris banorum Georgii de Kanysa et Johannis de Chakthornya in Martynyanch 24. XII. 1509. datis iussum Lodovicum de Pekewr eiusque uxorem Elizabeth et Martham, viduam Francisci de Zenthe Crisium in ius evocat, ut 40 marcas ad fabricam ecclesiae s. Stephani regis Zagrabiae, privilegium Belae regis et portionem in Goszthowych Johanni, filio ... Baranych de Belawarcz, filio Thomae de Rokonok, restituant. Or. mancum.

3936 D-VI-103 [Zagrabiae] 14. I. 1510. Johannes de Lathownyk possessionem Lathownyk Georgio litterato, Pyzacz Mychalych dicto, 200 florenis coram capitulo Zagrabiensi vendit ea condicione, ut matrem suam usque ad mortem nutriat et vestiat. Tr. 11. VII. 1517.

3937 DV-II-25 Veglae 27. I. 1510. Magister Georgius qd. Fabiani de Barberio de Dobasniza monasterio s. Mariae Capitis insulae Veglae III. ordinis s. Francisci ob multa beneficia sibi a fratribus praestita omnia bona in insula Veglae, usufructu ad vitam sibi reservato, donat. Or. cum signo not. P.

3938 D-XXIII-21 [Chasmae] 30. I. 1510. Johannes, filius Emerici de Raven, coram capitulo Chasmensi revocat donationem portionum suarum in possessionibus Rawen, Kostanyowcz et Romachawelglye (com. Cris.), quam anno praeterito non sponte, sed vi mortis minantis Katherinae sorori eiusque marito Stephano sartori fecit. Or.

3939 D-XXIII-24 [Zagrabiae] 4. III. 1510. Franciscus Ztubyczay de Gepew et maritus sororis eius Annae Petrus Horvath de Wynodol se coram capitulo Zagrabiensi vicissim tamquam heredes instituunt. Tr. 24. IV. 1540.

3940 D-XXIII-24 [Chasmae] 14. III. 1510. Anna Ztubyczay de Gepew omnia bona in Gepew Szent Peter marito suo Petro Horvath de Vynodol coram capitulo Chasmensi donat. Tr. 24. IV. 1510.

3941 D-VIII-116 [Zagrabiae] 15. III. 1510. Capitulum Zagrabiense nobilibus Mathiae Michalewych, Georgio Francich, Emerico Michalewych petentibus transumit litteras Eberhardi, episcopi Zagrabiensis, dd. 4. X. 1414. de exemptione magistri Thomae ab omni taxa et decimis. Or. P.

3942 D-XXIII-41 Strigonii 23. III. 1510. Wladislaus rex capitulo Budensi mandat, ut Ladislaum et Benedictum de Radka in dominium quarundam possessionum introducat. Tr. 17. I. 1511.

3943 D-XXIII-27 In Wyssegrad 8. IV. 1510. Wladislaus rex capitulo Chasmensi mandat, ut paria litterarum possessiones Laurentii Bradach spectantium edat. Tr. 13. VI. 1510 .

3944 D-XXIII-23 In Wwssegrad 19. IV. 1510. Wladislaus rex querelis cubicularii sui Laurentii Bradach auditis Bartholomeum, priorem Auranae, qui rege absente mandatis locumtenentis et palatini Emerici de Peren neglectis Laurentio ingentia damna intulit, monet, ne id amplius facere audeat. Or. S.

3945 D-XXIII-24 In Wyssegrad 24. IV. 1510. Wladislaus rex pacta inter familiam Ztubyczay de Gepew et Petrum Horvath de Wynodol 4. III. et 14. III. 1510. inita transumit et confirmat. Or. S. P.

3946 D-XXVI-1 In Wyssegrad 25. IV. 1510. Wladislaus rex capitulo Zagrabiensi mandat, ut Moysem Bwzlay, magistrum curiae regiae, eiusque filium Ladislaum de se bene meritos in dominium castri Medwe et castellorum Rokolnok et Lwkewcz (com. Zagr.), quae ob defectum seminis Johannis Corvini, ducis ac bani, ad regem devoluta sunt, introducat. Or.

3947 D-XXIII-25 Zagrabiae 1. V. 1510. Paulus Chawlowych de Gywrkowcz, vicebanus et comes ac iudex nobilium comitatus Zagrabiensis, testatur ex inqusitione iussa et per Petrum Imprych de Jamnicza facta apparere Gasparum Chwkowych et Johannem Wechnykowych, castellanos castelli Wokowyna, in quadam via libera et aperta unum currum foeni quatuorque boves iobagionum Mathiae, comitis de Frangepanibus, rapuisse. Or.

3948 D-XXIII-49 Strigonii 19. V. 1510. Wladislaus rex Gregorio Orlochyth de Rypach eiusque patruo Dwymo ac Stephano de se bene meritis castrum Zokol donat. Tr. 1. XII. 1511.

3949 D-XXIII-26 [Zagrabiae] 23. V. 1510. Johannes Hans dictus de Glawnycza duas sessiones iobagionales in Jassenowcz (com. Zagr.) Stanislao de Zawersya uxorique eiusdem Agathae 17 florenis auri coram capitulo Zagrabiensi pignori obligat. Or. S.

3950 D-LIII-30 Budae 30. V. 1510. Wladislaus rex capitulo Zagrabiensi mandat, ut Nicolaum de Frangepanibus eiusque uxorem Elizabeth in dominium castri Zomzedwara introducat. Tr. 18. VI. 1513.

3951 D-XXIII-27 [Chasmae] 13. VI. 1510. Capitulum Chasmense a Wladislao rege 8. IV. 1510. iussum litteras suas de introductione Laurentii Bradach 13. XI. 1508. editas transumit. Or.

3952 D-XXIII-28 In Alba Regali 16. VI. 1510. Epistula capellani Mathei, cantoris Strag... (?) Quinqueecclesiarum et custodiae Albensis gubernatoris, ad Johannem Ernusth de Chakthornya data, qua eum de negotiis quibusdam Thathae et Albae Regalis certiorem facit. Or. S.

3953 D-XXIII-29 Thathae 17. VI. 1510. Wladislaus rex Vincentio et Gregorio de Gregorowch de se bene meritis possessiones eorum Krysandol, Gregorowch, Jalse, Epernya atque portiones in Mochwaroch et Bwkocz novae donationis titulo cum iure regio confert. Or. S.

3954 D-XXIII-33 Thathae 17. VI. 1510. Wladislaus rex capitulo Zagrabiensi mandat, ut Vincentium et Gregorium de Gregwrowcz in dominium possessionum Krysandol, Gregwrowcz, Jalse et Epernya et portionum Mochwarocz et Bwkowcz introducat. Tr. 20. IX. 1510.

3955 D-XXIII-30 In Othochacz 28. VI. 1510. Banus Andreas Both de Bayna capitulo Segniensi ad rogatum Georgii Cristophoricz mandat, ut protestationem coram ordinatoribus dicti Georgii et Michaelis Hozdala et coram homine regis Bernardino Bessich factam esse confirmet. Or. S.

3956 D-XXIII-32 Thathae 10. VII. 1510. Wladislaus rex capitulo Chasmensi mandat, ut Andream, canonicum Quinqueecclesiensem et plebanum de S. Georgio, in dominium possessionum Mochno, Cwchyeza, Looko et Zemyncz ac castri Zenth Gyewrghwara introducat. Tr. 12. IX. 1510.

3957 D-III-31 In Pekercz 12. VIII. 1510. Bartholomeus de Grabarya, prior Auranae, fideli suo provisori castri Bosyako Thomae Hyryak villam Kusinschak cum quinque sessionibus confert atque eum a rusticitatis ignobilitatisque statu eximens praedialibus domus s. Johannis Hyerosolimitani aggregat. Cop. a. 1743.

3958 D-XX-54 In Harlandt alias Dobrana 7. IX. 1510. Actum notarii Casparis Pachlar de Reyffnicz Aquilegiensis diocesis. Fr. cum signo not. P.

3959 D-XXIII-32 [Chasmae] 12.IX. 1510. Capitulum Chasmense litteris Wladislai regis 10. VII. 1510. datis iussum Andream, canonicum Quinqueecclesiensem et plebanum de S. Georgio, in dominium possessionum Mochno, Cwchycza, Looko et Zemyncz ac castri Zenth Gyewrghwara introducit. Or. S.

3960 D-XXIII-33 [Zagrabiae] 20. IX. 1510. Capitulum Zagrabiense litteris Wladislai regis 17. VI. 1510. datis iussum Vincentium et Gregorium de Gregwrowcz in dominium possessionum Krysandol, Gregwrowcz, Jalse et Epernya et in portiones Mochwarocz et Bwkowcz introducit. Or. P. S.

3961 D-XXIII-34 Tirnaviae 1. X. 1510. Wladislaus rex ad novas querelas Ladislai Bradach contra Bartholomeum, priorem Auranae, qui eius bona vastare non desinit, hunc acerbe reprehendit et satisfactionem imperat. Or. S.

3962 D-XI-89 Thyrnaviae 3. X. 1510. Vladislaus rex privilegium Mathiae regis 13. IV. 1458. civitati Varasdiensi concessum transumit et confirmat. Tr. 4. IX. 1550.

3963 I d 12, elen. IV p. 39. Chasmae X. 1510. Contractus inter Nicolaum Drobythel de Bedenicza eiusque uxorem Dorotheam de Mykethyncz atque Sophiam, viduam

Petri de Bikzad, nunc vero uxorem Joannis de Pezerio, qui se arbitrio sex virorum in causa de bono Bedenicza submittere promittunt. Regestum.

3964 D-XXIII-35 [Segniae] 6. XI. 1510. Capitulum Segniense edit testimonia in causa Marci Bani, qui Nicolao Baglardich de Segnia pecuniam Alexandriae mutuam dedit, quorum unum medici Athanasii de Clisio, alterum Italice conscriptum Michelis Vrticheuich est. Or.

3965 D-XXIII-49 Tininii 9. XII. 1510. Capitulum Tininiense litteris a Wladislao rege 19.V. 1510. Strigonii datis iussum Gregorium Orlochyth de Rypach eiusque socios in dominium castri Zokol nemine contradicente introducit. Tr. 1. XII. 1511.

3966 D-XXIII-36 [Zagrabiae] 1510. Mon. Zg. III 91, nr. 84.

3967 Jelačić 78: Elenchus Georgii Jellachich 1763. p. 2. Zagrabiae 1510. Balthasar Allapi in dominio septem possessionum in Podotochye statuitur. Regestum.

3968 D-XXIII-37 Zagrabiae 1510. Balthasar de Bathan et Paulus Chawlowych de Gyurkowcz, vicebani, ac iudices nobilium civitatis Zagrabiensis litteris suis testantur ex inquisitione ad rogatum Mathiae de Frangepanibus et Sophiae Thus de Lak, uxoris eius, contra Balthasarem de Alap, banum de Jaycza, de vi et spoliatione accusatum, facta apparere querelas veras esse. Or. S.

3969 D-XXIII-38 1510.(?) Index rerum et bonorum Ursulae, viduae Thomae sartoris, propter metum Turcarum apud Benedictum Slacchych, civem Montis Grecensis, depositorum. Insunt multa verba vernacula. Or.

3970 I d 170 sub K 1510. Uladislaus rex castra Krapina, Vinicza, Lobor etc. Georgio, marchioni Brandenburgiensi, donat. Regestum.

3971 Sermag. XLV elen. IX Cca 1510. Causa fisci regii contra possessores bonorum Czigłenicza. Regestum.

3972 D-XXIII-40 In Lak 4. I. 1511. Mon. Zg. III 93, nr. 86.

3973 D-XXIII-41 Budae 17. I. 1511. Capitulum Budense a rege Wladislao litteris 23. III. 1510. datis iussum Ladislaum et Benedictum de Radka in dominium possessionum Felsewmera et Kyswylman in comitatu Abawywariensi introducit. Or.

3974 D-XXIII-42 Zagrabiae 1. II. 1511. Mon. Zg. III 93, nr. 87.

3975 D-XXIII-43 Romae 23. II. 1511. Julius II papa bullam Sixti IV papae dd. 12. VIII. 1473. sub D-XV-65 in transumpto asservatam confirmat. Cop.

3976 I d 12. elen. IV p. 39 Simegii II. 1511. Thomas Petheö Wladislaum regem a collatione, Georgium, marchionem Brandenburgiensem, ab impetratione castrorum Bela (com. Varasd.) et Lippovecz ac castelli Jasztrebarszka (com. Zagr.) coram conventu s. Egidii de Simegio iuridice prohibet. Regestum.

3977 D-XXIII-44 In Ottochacz 25. III. 1511. Banus Andreas Both de Bayna monasterio s. Nicolai in eremo Modrussiensi ab ordine s. Pauli eremitae fundato tricesimam in utrisque portis civitatis Segniae remittit et partem foeni ex pratis Jezero Swicha ad castrum Ottochiense spectantem donat. Cop. recens.

3978 D-XII-89 Zagrabiae 29. III. 1511. Mon. Tur. II 292, nr. 188.

3979 D-XXIII-45 In Werbowchecz 15. V. 1511. Arbitri Mathias Chawlych de Berdowcz, Paulus Kelemynsych de Kelemyncz, Johannes litteratus de Sabnycza-

Zenth-Iwan, Andreas Podlw... chych de Werbowchecz, Martinus Felecz de Ladynyncz et Michael Fereyanych de eadem bona dividunt inter Georgium Blagonya de Zedlaryowcz eiusque et qd. Katherinae de Werbowchecz filias ab una, atque Johannem, filium Katherinae et privignum Georgii, eiusque filias, et Elizabeth, filiam Katherinae et uxorem Stephani lutinistae, ab altera parte. Or.

3980 D-XXIII-46 Crisii 16. VI. 1511. Nota de dilatione cuiusdam causae ab Andrea notario scripta. Subscripta est nota eiusdem argumenti dd. 23. VI. e. a. Or.

3981 D-XXIII-47 Crisii 20. VI. 1511. Judices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione a se iussa – sede banali vacante – apparere Johannem Pwnek seniorem eiusque filium Bernaldum de Pethrowcz et Nicolaum Dobrowolych in possessionem Werbowchecz irruentes ex custode Barnaba receptaculum thesauri extorsisse et rapuisse. Or.

3982 D-XXIII-46 Crisii 23. VI. 1511. Nota de dilatione cuiusdam causae ab Andrea notario scripta. Or.

3983 D-XXIII-124 [Chasmae] 28. VI. 1511. Nicodemus de Gwrgekowcz, Nicolaus, filius qd. Leonardi Blaseych de Iwanych, et Johannes Bolechky de Bolth portiones in praedio Bregh Emerico Jakopinyeh de Bryegh eiusque filiae Annae 35 florenis auri coram capitulo Chasmensi vendunt. Tr. 24. II. 1521.

3984 IV d 49-26 [Zagrabiae] 29. VII. 1511. Anna de Deche, vidua Johannis Bewenyud de Zkrad, regem a collatione, Bernardinum comitem de Frangapanibus ab impetratione castri Zkrad coram capitulo Zagrabiensi iuridice prohibet. Or.

3985 DV-II-26 Jadrae 20. VIII. 1511. Coram Joanne de Begna, iudice examinatore, Gregorius de Ciuallellis tertiam partem possessionis in villa Migliascha Theodoro Barbario ducatis 150 auri olim a sua matre Catherina venditam, nunc sui iuris factus a heredibus qd. Theodori redimit et »duobus sedilibus additis« Joanni de Nassis ducatis 210 auri vendit. Or. P.

3986 D-II-36 [Zagrabiae] 21. X. 1511. Capitulum Zagrabiense a Potenciaria et Anna Pwchych de Rokonok rogatum litteras Martini Ders vicebani 16. XI 1391. Stephani et Johannis de Lyndwa, Sclavoniae banorum, 1393., et capituli Zagrabiensis 21. IX. 1324. de possessione bonorum Rokonok editas trasumit. Or.

3987 D-XXIII-79 Budae 22. X. 1511. Petrus, comes de S. Georgio et de Bozyn, iudex curiae regiae, Johanni Ernusth de Chakthornya edit paria litterarum capituli Albensis dd. 24. I. 1507., quibus Wladislao regi de impedita introductione capitulorum Strigoniensis et Budensis in dominium possessionum Johannis Ernusth refertur. Or.

3988 D-XXIII-83 Budae 10. XI. 1511. Petrus, comes de S. Georgio et de Bozyn, iudex curiae regiae, capitulo Albensi mandat, ut in causa capitulorum Strigoniensis et Budensis contra Johannem Ernesth mittat cum regio suum hominem ad iudiciariam commissionem ex sententia eiusdem Petri 14., XI. 1506. lata exequendam, quam Johannes Ernusth 17. I. 1507. in regione Kappronczae et 9. IV. 1507. ad Dombwrw (com. Cris.) vi et dolose impedivit, ut ex litteris capituli Albensis 24. I. 1507. et 16. IV. 1507. ac ex mandato Wladislai regis Budae 28. III. 1507. emanato ibi insertis apparet. Tr. 7. XI. 1519.

3989 D-XXIII-48 Strigonii 28. XI. 1511. Andreas Chesy, protonotarius apostolicus et praepositus Chasmensis, ad rogatum Johannis Ernusth de Chakthornya in causa inter ipsum, ut actorem, et Johannem Gyulay et Ludovicum Zerechen reos de rebus qd. Sigismundi, episcopi Quinqueecclesiensis, relictis testem Georgium de Nekche testem citat. Or.

3990 D-XXIII-49 1. XII. 1511. Wladislaus rex ad rogatum Gregorii Orlochyth de Rypach eidem Gregorio eisque patruo Dwymo ac fratri Stephano de se bene meritis donationem castri Zokol (com. Tininiensis) et vicinarum possessionum Strigonni 19. V. 1510. factam et litteras statutorias capituli Tininiensis 9. XII. 1510. datas approbat. Or. P.

3991 D-XXIII-50 1511. Mon. Zg. III 115, nr. 98.

3992 Sermag. XLVI, elen. IV. 1511. Vladislaus rex ad rogatum Joannis de Gyula litteras Sigismundi regis de donatione possessionum Batthyan et Szamard Georgio, filio Nicolai de Kuna Köüsz, a. 1398, editas ac duas litteras de introductione eiusdem a. 1398. et 1399. editas confirmat. Regestum.

3993 Sermag. XLVI, elen. IV. 1511. Divisio bonorum familiae de Ugal de a. 1444. Regestum.

3994 Sermag. XLVI, elen. IV 1511. Benedictus de Batthyan portionem suam in possessione Keuvago Eurs in comitatu Szaladiensi Sophiae, uxori Joannis de Gyula, et Justinae, uxori Pauli Csalovich, filiis Nicolai de Batthyan, confert. Regestum.

3995 IV d 49–27 In Terra Fluminis s. Viti 26. I. 1512. Johannes Rezanin de Flumine a capitulo Segniensi paria quorundam litterarum comitum de Frangepanibus expetit. Or.

3996 D-XXIII-51 [In Kapornok] 6. II. 1512. Johannes Ernusth de Chakthornya ab una, ac Blasius, Michael, Petrus et Gregorius Geryk de Peterfalwa ab altera parte ad invicem ab omnibus iniuriis se expeditos dicunt coram conventu ecclesiae s. Salvatoris de Kapornok. Or.

3997 D-XXIII-123 [Albae] 8. II. 1512. Capitulum Albense Wladislao regi nuntiat se in causa capituli Strigoniensis et Budensis contra Johannem Ernusth de Chakthornya statutionem et aestimationem iuxta mandatum comitis Petri de S. Georgio et de Bozyn, iudicis curiae regiae, facere voluisse, sed a reo vi repulsum esse. Tr. 12. X. 1519.

3998 DV-II-27 Jadrae 15. II. 1512. Franciscus de Fumatis, heres qd. Donati de Ciualleliis, ab una et Laurentius, Gregorius et Petrus de Ciuallelis ab altera parte concordiam de bonis qd. Donati ineunt. Or. cum signo not. P.

3999 D-XXIII-82 In Kothnyak 21. II. 1512. Emericus de Peren, banus, et palatinus, capitulo Zagrabensi praecipit, ut a Francisco, filio Ladislai, pronepote Gregorii de Gepew, ius quartalicium ex possessionibus Podotochye, Odra, Zenth-Gergh, Bwzyn, Lwchylnyecza (com. Zagr.) et Prezeka, Zenth-Peter ac Verh (com. Cris.), quae solum ius masculinum concernunt, exigat et Nicolao, filio Stephani, et Stephano, filio Catherinae, pronepotibus Gregorii, tradat. Tr. 2. 1. 1513.

4000 DV-V-1 Catari 25. II. 1512. (Italice) Testamentum Mariani de Bisatori. Cop. rec.

4001 DV-II-24 Cathari 1. IV. 1512. Testamentum Mariae, viduae Francisci de Bisantiis. Cop. saec. XVII.

4002 DV-II-28 Venetiis 18. IV. 1512. (Italice) Laurentius Lauredanus, dux Venetiarum, querelis sacerdotis Jacobi de Medicis, legati popularium, auditis Marco Arimondo, rectori et provisori Cathari, mandat, ut populares insultare desistat, popularibus in festo s. Triphonis dona consueta distribuat et justitiam aequaliter reddat. Or. S. P.

4003 D-XXIV-1 Romae 27. IV. 1512. Julius II papa omnibus fidelibus dioecesis Zagrabiensis de ecclesia bene meritis, qui istam 4. IV. et 15. VIII. visitant, peccatorum remissionem concedit. Or. P.

4004 DV-II-29 Romae 14. V. 1512. Julius II papa ad petitionem communitatis Cathari, Francisco et Ludovico de Boliza ac Joanni Zagurino mandat, ut capellae s. Michaelis et s. Lucae una cum bonis monasterio ordinis s. Clarae annectantur. Or. P.

4005 D-XXIII-52 [Zagrabiae] 19. V. 1512. Mon. Tur. II 294, nr. 192.

4006 D-XXIII-53 Baradnae 30. VI. 1512. Michael de Zemerey coram Demetrio de Baga, vicecomite et iudice nobilium comitatus Abawywariensis, testatur se duas sessiones iobagionales coram se pignori obligatas a Ladislao de Rattkay redemptas ei *reddidisse*. Or.

4007 D-XXIII-54 In Kapornak 4. VIII. 1512. Johannes Ernusth de Chakthornya coram conventu ecclesiae s. Salvatoris de Kapornak protestatur contra fratres Michaelem, Nicolaum et Johannem de Chwph, quod 7000 florenorum eis ab eorum fratre Alberto, canonico Quinqueecclesiarum, traditorum, quamvis Sigismundus, olim episcopus Quinqueeclesiarum, eos fratri suo Johanni Ernusth legavisset, nondum sibi dederint. Or.

4008 D-XXIII-56 Zagrabiae 10. IX. 1512. Balthasar de Bachan vicebanus et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur, cum Georgius Blagonya de Zedlaryowcz ac Dorothea et Horsula, sorores et successores olim Annae de Werhowlyan, divisionem possessionum Werbowchecz, Borychowcz, Wytkoucz, Anynyowcz, Brandenscyna et Werhowlyan ab arbitris faciendam poscerent, Joannem Maysych de Domankosowcz huic admonitioni in congregatione generali Crisii 28. VIII. 1512. contradixisse, quare in ius evocatum esse. Or.

4009 D-XXII-85 Zagrabiae 13. IX. 1512. Balthasar de Bathyan vicebanus testatur ex inquisitione ad rogatum Casparis Kyssewych de Sup. Lomnycza 8. IX. e. a. facta apparere Beatricem de Frangapanibus, uxorem bani Johannis Corvini, possessionem Egywdowcz vi occupavisse. Tr. 19. I. 1579.

4010 D-XXIII-58 [Chasmae] 16. IX. 1512. Barbara, uxor Stephani de Gwdowcz, eiusque filiae coram capitulo Chasmensi Paulum Kerecheny de Kanyaffewlde iuridice prohibent, ne bona Palthapolya, Hrewno, Witarusowcz et Pawlowcz in comitatu Crisiensi usurpet. Or.

4011 D-XXIII-59 Zagrabiae 23. IX. 1512. Balthasar de Bathyan vicebanus et iudices nobilium comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Mathiae de Frangepanibus eiusque uxoris Sophiae Thuz de Lak facta apparere Balthasarem de Alap currum foeni et 4 boves iobagionibus exponentium rapuisse. Or.

4012 D-XXIII-60 Zagrabiae 23. IX. 1512. Balthasar de Bathyan vicebanus et iudices nobilium comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Mathiae, comitis de Frangepanibus, facta apparere Balthasarem de Alap exponentis possessionem Zthopnyk depraedatum esse et praedam in castellum suum Wokowyna abstulisse. Or.

4013 D-XXIII-55 Crisii 25. IX. 1512. Vicebanus Balthasar de Bachyan ac iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Georgii Castellanffy de Zenthlelek facta apparere iobagiones Georgii, marchionis Brandenburgiensis, iobagioni exponentis Georgio Gywrewecz dicto vim intulisse et duos digitos manus sinistrae abscidisse. Or.

4014 D-XXIII-61 Crisii 3. X. 1512. Balthasar de Bathyan vicebanus et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Stephani de Gwdowcz in Johannem Sampwssych de vi illata in possessione Dyanosewcz exponentis facta apparere querelam veram esse. Or.

4015 D-XXIII-62 Zagrabiae 4. X. 1512. Balthasar de Bathyan vicebanus et iudices nobilium comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Mathiae, comitis de Frangepanibus, facta apparere Balthasarem de Alap possessiones exponentis Nowethych ad castrum Selyn et Gremscharyk ad castrum Wokowyna sitas depraedatum esse. Or 3 S.

4016 D-XXIII-63 Zagrabiae 23. X. 1512. Balthasar de Bathyan vicebanus et iudices nobilium comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Sophiae, uxoris Johannis de Pezerio, facta apparere Johannem Drobithel de Bedenyeza exponentis possessiones ibidem sitas depraedatum esse. Or. 2 S.

4017 D-XXIII-64 Crisii 4. XI. 1512. Vicebanus Balthasar de Batthyan et iudices nobilium comitatus Crisiensis Blasium de Progowcz admonent, ut in lite cum Stephano de Gwdowcz arbitrio proborum hominum se submittat, quod ipse facere refutavit. Blasius nempe portionem suam in possessione Jakozerdahel Stephano impignoratam redemit, sed aliquas res ad eandem possessionem pertinentes a Stephano detentas esse asserebat. Or.

4018 D-XXIII-89 Budae 11. XI. 1512. Wladislaus rex capitulo Chasmensi praecipit, ut Laurentium Bradach de Ladomercz in dominium possessionum Ladomercz, Offalow, Banyazela, Laktecz, Glawnyza, Criseweczy, Wokowya, Pawkowerch, Hraschya, Nezpesa, Belowar et Jassenowcz nova donatione donatarum introducat. Tr. 15. I. 1513.

4019 D-XI-89 Budae 12. XI. 1512. Vladislaus rex civitatem Varasdiensem a iudicio nobilium comitatus Varasdiensis eximit et soli iudicio regio vel curiae regiae praeservat. Tr. 4. IX. 1550.

4020 D-XXIII-65 12. XI. 1512. Michael Horwath de Lwpnycha, heres castri Palocha, filiam suam Katherinam Emerico de Ladon, magistro curiae Georgii de Zapolya, despondet et sponso 1650 florenos auri, quos Johannes I Albertus (1492.–1501.), rex Poloniae, sibi debebat, coram capitulo Scepusiensi cedit. Or. P. S.

4021 D-XXIII-101 Budae 6. XII. 1512. Wladislaus rex conventui cruciferorum domus hospitalis ecclesiae s. Stephani regis de Alba praecipit, ut Ludovicum de Pekewr in dominium castri et oppidi Ozthercz introducat. Tr. 16. II. 1513.

4022 D-XXIII-72 In Kothnyak 12. XII. 1512. Emericus de Peren, palatinus et banus, capitulum Chasmense inquirere iubet, num Johannes Ernusth de Chakthornya eiusque provisor castri Zenthgyerghwara Stephanus Horwath, Sigismundus Froduohar de Bednya, Georgius litteratus de Gregoryancz, Thomas et Michael Zeklych de Olywercz, Johannes Zedemer de Jakwpowcz, Sophia, vidua Demetrii de Myletyncz, quasdam portiones Andreae Budor de Budrowcz et Katherinae, uxoris Petri Knez de Themerye, in possessione Iwanowcz (com. Cris.) vi occupaverint. Tr. 29. XII. 1512.

4023 D-XXIII-70 In Kothnyak 14. XII. 1512. Emericus de Peren, palatinus et banus, capitulum Chasmense Barbaram, uxorem Mathiae de Wencheslowcz et neptem Petri de Konzka monere iubet, ut exceptis iuribus suis quartaliciis de possessionibus Konzka (com. Cris.) et Zelnyeze (com. Varasd.), quae qd. avi Petri erant, possessionem Goryeza Petro de Konzka remittat. Tr. 27. XII. 1512.

4024 D-XXIII-79 In Kothnyak 15. XII. 1512. Emericus de Peren, palatinus et banus, capitulum Zagrabiense inquirere iubet, num Johannes de Pezerio eiusque uxor

Sophia Johanni Drobithel de Bedenycza vim intulerint et quasdam portiones rapuerint. Tr. 1. I. 1513.

4025 D-XXIII-68 In Kothnyak 16. XII. 1512. Emericus de Peren, palatinus et banus, capitulo Chasmensi mandat, ut Stephanum de Gwdowcz, qui Petro de Konzka possessiones Pongrachowcz et Wrasyá Goryeza non restituit, in ius vocet. Tr. 25. XII. 1512.

4026 D-XXIII-80 In Kothnyak 17. XII. 1512. Emericus de Peren, palatinus et banus, capitulum Zagrabiense ad rogatum Johannis Drobythel de Bedenycza et Michaelis Hudosych de Therzthenyk inquirere iubet, num Johannes de Pezerio et Johannes de Shytomerya maleficia in Petrum de Repyncz, familiarem Johannis Drobythel, fecerint et quaedam bona in Therzthenyk rapuerint. Tr. 1. I. 1513.

4027 D-XXIII-126 In Kothnyak 17. XII. 1512. Emericus de Peren banus capitulo Chasmensi praecipit, ut Johannem Ernusth de Chakthornya, qui una cum fratre suo Sigismundo, episcopo Quinqueecclesiensi, possesiones Felsw- et Also- Chapalowcz a Johanne de Chapalowcz vi occupavit, in ius evocet. Tr. 2. I. 1513.

4028 D-XXIII-74 In Kwthnyak 18. XII. 1512. Emericus de Peren, palatinus et banus, capitulum Zagrabiense inquisitionem in Johannem de Pezerio a Johanne Drobythel de maleficiis in promontorio Trawnyk (com. Zagr.) factis accusatum facere iubet. Tr. 31. XII. 1512.

4029 D-XXIII-99 In Kothnyak 20. XII. 1512. Emericus de Peren, palatinus et banus, capitulum Zagrabiense inquirere iubet, num Bernardinus de Frangepanibus eiusque filii Mathias, Christophorus et Ferrandus castellum Bosychko vicebano Balthasari de Alap traditum expugnaverint et possessionem Capelysthya depraedaverint. Tr. 4. I. 1513.

4030 D-XXIII-121 In Kothnyak 20. XII. 1512. Emericus de Peren, palatinus et banus, capitulum Chasmense inquirere iubet, num Laurentius Bradach de Ladomercz eiusque frater Johannes, canonicus Zagrabiensis, hominibus ex villis Krussewchy, Banya Zela, Lapchecz, Glawnycza, Pawkowerh, Nezpesa, Wokowye et Belowar collectis villam Drenowa Stephani Byzthryczey de Omelya devastaverint. Tr. 3. I. 1513.

4031 DXXIII-85 In Kothnyak 20. XII. 1512. Emericus de Peren capitulo Zagrabiensi praecipit, ut in causa Sophiae, uxoris Georgii de Pezeryo, contra Nicolaum et Johannem Drobythel de Bedennycza et Georgium Castellanffy de Bikozad de rapina accusatos inquisitionem faciat. Tr. 3. I. 1513.

4032 D-XXIII-87 In Kothnyak 20. XII. 1512. Emericus de Peren, banus et palatinus, capitulo Zagrabiensi praecipit, ut in causa Johannis de Pezeryo contra Georgium Castellanffy de Bykzad et socios de rapina in possessionibus Sophiae, uxoris Johannis, accusatos inquisitionem faciat. Tr. 3. I. 1513.

4033 D-XXIII-86 In Kothnyak 20. XII. 1512. Emericus de Peren. banus et palatinus, capitulo Zagrabiensi praecipit, ut in causa Johannis et Nicolai de Pezeryo contra Georgium de Bykozad, Clementem de Szuhidol, Johannem Sampwch, Nicolaum et Johannem Drobythel de vi et rapinis accusatos inquisitionem faciat. Tr. 3. I. 1513.

4034 D-XXIII-83 In Kothnyak 20. XII. 1512. Emericus de Peren, banus et palatinus, capitulo Zagrabiensi praecipit, ut in causa Johannis de Pezerio et Johannis de Sytomerya contra Johannem Bradach, archidiaconum de Bexyn, ac Georgium Bradach de Ladomercz atque Alexandrum de Naghgora de rapina accusatos mota inquisitionem faciat. Tr. 3. I. 1513.

4035 D-XXIII-84 In Kothnyak 21. XII. 1512. Emericus de Peren, banus et palatinus, capitulo Zagrabiensi praecipit, ut Vincentium et Gregorium filios qd. Leonardi Zaboky, qui portiones in possessionibus Krysandol, Arpynnya etc., quae post divisionem Catherinae, uxori Stephani de Sestakowcz, obtigerant, reddere noluerunt, in ius evocet. Tr. 3. I. 1513.

4036 D-XXIII-66 In Kwthnyak 21. XII. 1512. Emericus de Peren, banus et palatinus, capitulo Zagrabiensi mandat, ut Johannem, filium Georgii de Zthwbycza, a Francisco, filio Ladislai de eadem Zthwbycza, de vi accusatum in ius evocet. Or. S.

4037 D-XXIII-81 In Kothnyak 23. XII. 1512. Emericus de Peren, palatinus et banus, capitulo Zagrabiensi mandat, ut a Sophia, vidua Andreae Hennyngh, omnes litteras de possessionibus et castellis Szomszedwara, Selyn, Stobycha, Chycha et Berdocz exigat et Margarethae, filiae Johannis Hennyngh, uxori Johannis Banffy de Also Lindwa, tradat; si vero eas tradere nolit, eam in ius evocet. Tr. 1. I. 1513.

4038 D-XXIII-67 Crisii 24. XII. 1512. Balthasar de Bathan vicebanus ac iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Georgii Blagonya de Zedlaryowcz et uxoris eius Elizabeth Wragoych de Myklosowcz contra Davidem de Myklosowcz de rapina litterarum de possessionibus exponentium Myklowsowcz, Derskowcz, Chwrkethycza Selo et Hegnowschyna agentium facta apparere querelam veram esse. Or. S.

4039 D-XXII-71 In Kothnyak 24. XII. 1512. Emericus de Peren, palatinus et banus, ad rogatum Stephani de Gwdowcz capitulum Chasmense inquirere iubet, num Petrus de Konzka, Petrus Laczkoych et Johannes Sampussich actori vim intulerint. Tr. 29. XII. 1512.

4040 D-XXIII-73 In Kothnyak 24. XII. 1512. Emericus de Peren, palatinus et banus, ad rogatum Stephani de Gwdowcz capitulum Chasmense inquirere iubet, num Michael Bochka de Botthyncz, Petrus Laczoych, Nicolaus de Wrnocz, Petrus et Johannes Swasthych de Latzowelcz, Petrus de Konzka iobagionibus actoris in possessionibus Botthyncz, Wekmanya, Goryeza, Konzka vim intulerint. Tr. 29. XII. 1512.

4041 D-XXIII-68 [Chasmae] 25. XII. 1512. Capitulum Chasmense palatino Emerico de Peren nuntiat se iuxta mandatum eius dd. 16. XII. 1512. Stephanum de Gwodwcz in ius evocavisse. Or.

4042 D-XXIII-69 [Chasmae] 25. XII. 1512. Alterum exemplar documenti sub D-XXIII-68 asservati. Or.

4043 D-XXIII-70 [Chasmae] 27. XII. 1512. Capitulum Chasmense palatino Emerico de Peren nuntiat se iuxta mandatum eius dd. 14. XII. 1512. Barbaram, uxorem Mathiae de Wencheslowcz, ut possessionem Gorycza Petro de Konzka remitteret, admonuisse. Or.

4044 D-XXIII-71 [Chasmae] 29. XII. 1512. Capitulum Chasmense palatino et bano Emerico de Peren ex litteris 24. XII. 1512. datis notum facit ex inquisitione ad rogatum Stephani de Gwdowcz, qui Petrum de Konzka, Petrum Laczoych et Johannem Sampussich de vi accusavit, 29. XII. 1512. facta apparere querelas veras esse et reos Crisium in ius evocatos esse. Or.

4045 D-XXIII-72 [Chasmae] 29. XII. 1512. Capitulum Chasmense Emerico de Peren, palatino et bano, nuntiat se inquisitionem litteris eius dd. 12. XII. 1512. datis iussam fecisse et Johannem Ernusth eiusque adiutores ab Andrea Budor de Budrowcz de vi accusatos reos esse, quare eos in ius evocatos esse. Or.

4046 D-XXIII-73 [Chasmae] 29. XII. 1512. Capitulum Chasmense Emerico de Peren, palatino et bano, nuntiat ex inquisitione iuxta eius mandatum dd. 24. XII. 1512. ad rogatum Stephani de Gwdowcz, qui Michaelem Bochka de Botthyncz de vi iobagionibus exponentis illata accusavit, 27. XII. 1512. facta apparere querelas veras esse et reos in ius evocatos esse. Or.

4047 D-XXIII-74 [Zagrabiae] 31. XII. 1512. Capitulum Zagrabiense palatino Emerico de Peren nuntiat ex inquisitione iuxta eius mandatum dd. 18. XII. 1512. facta apparere omnes querelas contra Johannem de Pezerio eiusque uxorem Sophiam veras esse. Or.

4048 D-XXIII-118 [Chasmae] 31. XII. 1512. Laurentius, artium liberalium doctor, canonicus et locumtenens Chasmensis, sententiam de divortio inter Dyonisium de Meghlich eiusque uxorem Dorotheam de Sabnycza Szenth-Iwan propter uxoris impotentiam et mariti crudelitatem fert. Tr. 21. IX. 1514.

4049 D-XXIII-75 Zagrabiae 1512. Balthasar de Bathan vicebanus et judices nobilium comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Johannis Drobytel de Bedenycza, Stephani de Hom et Nicolai de Pezerio facta apparere Johannem de Pezerio eisque uxorem Sophiam cum suis hominibus vineam exponentium Trawnyk (com. Zagr.) combussisse. Or. 3 S.

4050 D-XXIII-76 Morauczae 1512. Benedictus, Morauczae plebanus, testamentum Johannis litterati de Malchowecz verum esse sigillo suo confirmat. Or. P.

4051 D-XXIII-77 Crisii 1512. Balthasar de Batthyan vicebanus et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Georgii Castellanffy de Zenthlelek facta apparere huius iobagionem Martinum Golobarych eiusque uxorem Ursulam cum de domicilio suo Karenytecz, Georgium Kernyak 5. VIII. 1512. visitassent, a iobagionibus Nicolai Zekel mulcatos esse. Or.

4052 D-XXIII-78 Romae 1512. Bulla Leonis X. papae de miraculo sanguinis Jesu Christi in ecclesia parochiali in Ludbregh. 2 cop. saec. XVII.

4053 D-XIII-92 Cca 1512. Causa inter Petrum Fyntich de Polyana et Nicolaum Drobytel de Mykettincz de quibusdam bonis coram Emerico de Peren, palatino et bano, in qua proferuntur litterae Johannis Corvini, ducis et bani, de causa Nicolai Drobytel de Bedenycza contra Ladislaum et Franciscum de Rawen de bonis Bablyak, Kozthanowch et Korygowcz. Deest finis documenti. Or.

4054 I d 170 sub E 1512. Compositio de castris Egervar et Velike inter Brittum de Egervar et Nicolaum Imreffy ab una et Claram et Ladislaum de Canisa ab altera parte. Regestum.

4055 I d 170 sub P 1512. Stephanus Gyulaffy et Ladislaus Kubinyi in dominio oppidi Patha et possesionum Poklassi, Miloan (com. Simighiensis) statuuntur. Regestum.

4056 D-XXIII-79 [Zagrabiae] 1. I. 1513. Capitulum Zagrabiense Emerico de Peren, bano et palatino, nuntiat inquisitionem, quam litteris dd. 15. XII. 1512. in Johannem de Pezerio eiusque uxorem Sophiam fieri iussit, 26. XII. 1512. factam esse et cum querela vera sit, reos in ius evocatos esse. Or.

4057 D-XXIII-81 [Zagrabiae] 1. I. 1513. Capitulum Zagrabiense bano Emerico de Peren nuntiat se litteris eius dd. 23. XII. 1512. datis iussum Sophiam, viduam Andreae Hennyngh, ut documenta de possessionibus et castellis Szomszedwara, Selyn etc. agentia Margarethae, uxori Johannis Banffy de Also Lindwa, filiae vero Johannis Hennyngh, redderet, admonuisse. Or.

4058 D-XXIII-80 [Zagrabiae] 1. I. 1513. Capitulum Zagrabiense Emerico de Peren, bano et palatino nuntiat inquisitionem, quam litteris dd. 17. XII. 1512. fieri iussit contra Johannem de Pezerio eiusque uxorem Sophiam atque Johannem de Shytomerya a Johanne Drobytel de Bedenyeza accusatos, 26. XII. 1512. factam esse et ex ea constare querelam veram esse, quare reos in ius evocatos esse. Or.

4059 D-XXIII-82 [Zagrabiae] 2. I. 1513. Capitulum Zagrabiense Emerico de Peren, bano et palatino, nuntiat se Franciscum, filium Ladislai, pronepotem Gregorii de Gepew, ut Nicolao, filio Stepani et Stephano, filio Catherinae, pronepotibus Gregorii de Gepew, de possessionibus Podotchye, Odra-Zenth-Georgh etc. ius quartalicium extradat, admonuisse. Or.

4060 D-XXIII-85 [Zagrabiae] 3. I. 1513. Capitulum Zagrabiense Emerico de Peren, bano et palatino, nuntiat ex inquisitione ad rogatum Sophiae, uxoris Georgii de Pezeryo, quae Nicolaum et Johannem Drobytel de Bedenyeza et Georgium Castellanffy de Bikozad de vi in possessionibus Bedenyeza et Globoko illata accusavit, litteris bani 20. XII. 1512. datis iussa et 28. et 29. XII. 1512. facta apparere querelas veras esse et reos in ius evocatos esse.

4061 D-XXIII-86 [Zagrabiae] 3. I. 1513. Capitulum Zagrabiense Emerico de Peren, bano et palatino, nuntiat ex inquisitione ad rogatum Johannis, eius uxoris Sophiae et Nicolai de Pezeryo, qui Georgium de Bykozad et complices de vi in possessionibu Pezeryo illata accusaverunt, litteris bani dd. 20. XII. 1512. iussa et 28.XII. e. a. facta apparere querelas veras esse et reos in ius vocatos esse. Or.

4062 D-XXIII-84 [Zagrabiae] 3. I. 1513. Capitulum Zagrabiense Emerico de Peren, bano et palatino, nuntiat se iuxta eius mandatum dd. 21. XII. 1512. Vincentium et Gregorium, filios qd. Leonardi Zaboky, admonuisse, ut portiones in possessionibus Krysandol, Arpynnya, Ialsa, etc. (com. Cris.) Christinae, uxori Stephani Sestak de Sestakowcz, quae eas in divisione obtinuerat, traderet. Or.

4063 D-XXIII-87 [Zagrabiae] 3. I. 1513. Capitulum Zagrabiense Emerico de Peren, bano et palatino, nuntiat ex inquistione contra Georgium Castellanffy de Bykzad eiusque adiutores de vi et violenta occupatione quarundam sessionum iohagionalium in possessionibus Sophiae Kemen accusatos et litteris bani dd. 20. XII. 1512. datis iussa et 28. XII. 1512. facta constare querelas veras esse et reos in ius vocatos esse. Or.

4064 D-XXIII-83 [Zagrabiae] 3. I. 1513. Capitulum Zagrabiense Emerico de Peren, bano et palatino, nuntiat ex inquisitione, quam banus litteris dd. 20. XII. 1512. datis contra Johannem Bradach, archidiaconum de Dexyn et canonicum Zagrabiensem, ac Georgium Bradach de Ladomercz et adiutores, quos Johannes de Pezeryo et Johannes de Sytomerya de vi et rapina accusaverunt, fieri iussit, 28. XII. e. a. factam esse et ex ea constare querelas veras esse et ideo reos in ius vocatos esse. Or.

4065 D-XXIII-121 [Zagrabiae] 3. I. 1513. Capitulum Zagrabiense bano et palatino Emerico de Peren nuntiat ex inquisitione iuxta eius mandatum dd. 20. XII. 1512. facta apparere accusationem Stephani Byzthryczey contra fratres Laurentium et Johannem Bradach veram esse. Tr. 17. II. 1517.

4066 D-XXIII-99 [Zagrabiae] 4. I. 1513. Capitulum Zagrabiense palatino et bano Emerico de Peren nuntiat ex inquisitione iuxta eius mandatum dd. 20. XII. 1512. facta apparere omnes accusationes contra homines Bernardini, comitis de Frangepanibus, veras esse, sed admonitores, – qui reos in ius vocaverunt, – ferro ab iisdem petitos vix mortem effugisse. Tr. 13. II. et 15. II. 1513.

4067 D-XXIII-88 [Chasmae] 10. I. 1513. Clara, vidua Michaelis litterati de Mylethyncz, pro se suisque coram capitulo Chasmensi iuridice prohibet Wladislaum regem, ne conferat, et Johannem Thompa de Horzowa, ne occupet sessionem iobagionalem Thraczkowczka in Sabnycza. Or.

4068 D-XXIII-89 [Chasmae] 15. I. 1513. Capitulum Chasmense a Wladislao rege litteris Budae 11. XI. 1512. datis iussum Laurentium Bradach de Ladomercz, cubicularium regium, eiusque fratres, quibus rex castellum Ladomercz et possionem Offalow etc. novae donationis titulo simul cum iure regio contulit, in dominium eorundem introducit. Or.

4069 D-XXIII-90 Crisii 20. I. 1513. Emericus de Peren, palatinus et banus, cofirmat Stephanum de Gwdowcz, qui iniuste litteras de possessione Pongrachewcz retinebat et eas nullatenus vero domino Petro, filio Georgii de Lachoych de Lachowelcz restituere nolebat, nunc eas restituere paratum esse. Or.

4070 D-XVIII-87 Crisii 24. I. 1513. Emericus de Peren, palatinus et banus, sententiam fert, qua Andreas Dwdych de vi Bernaldo Verych illata »25 se nobilibus« 5. II. in ecclesia s. Crucis Crisii iuireiurando se purgare debet. Tr. 14. II. 1571.

4071 D-XVIII-87 Crisii 28. I. 1513. Emericus de Peren, palatinus et banus, capitulo Zagrabiensi praecipit, ut de facinoribus Andreae Dwdych contra Bernaldum Verych commissis inquisitionem faciat. Tr. 14. II. 1571.

4072 D-XXIII-91 Crisii 28. I. 1513. Emericus de Peren, palatinus et banus, Andreae Dudych reo edit paria litterarum capituli Zagrabiensis dd. 31. XII. 1509., quae querelas Johannis Werych continent. Or.

4073 D-XXIII-92 Zagrabiae 28. I. 1513. Emericus de Peren, palatinus et banus, expensas causae a Johanne Bornemyza de Berzencze de inhibitione statutionis castri Zkrad et castelli Ostrozyn (com. Zagr.), quae ob defectum seminis qd. Johannis et Nicolai Bewenyud donatione ei collata sunt, contra successores Johannis et Nicolai motae intra unum annum ab accusatis solvi debere iubet. Or.

4074 D-XXIII-93 Crissi 28. I. 1513. Emericus de Peren, banus et palatinus, capitulo Zagrabiensi praecipit, ut ad rogatum Bernardi Werych Andream Dwdych, capitaneum castri Crapina, de rapina et vi illata in possessione exponentis Zadrowcz accusatum denuo inquirat. Or.

4075 D-XXIII-94 [Chasmae] 30. I. 1513. Petrus, filius Christophori de Konzka, Stephanum, filium qd. magistri Petri de Gwdowcz, coram capitulo Chasmensi accusat, quod villas Pongrachowcz et Wrasyagorycza, vineam Kosthanyewccz, terragium sive ius montanum 31 vinearum, quae Petrus de Gwdowcz a Christophoro pro possessione Sosumberk vel Zawersya dolose obtinuit, vindicet. Or.

4076 D-XXIII-95 Crisii 2. II. 1513. Balthasar de Bathan vicebanus et iudices nobilium comitatus Crisisensis confirmant ad rogatum Georgii Castellanffy de Sentlelek Elenam, viduam Pauli de Rawen, et Elenam, uxorem Georgii Fyntych, eiusque filias 31. I. 1513. admonitas quasdam terras pignori obligatas reddere recusasse, quod easdem iure hereditario possideant. Or. 2 S.

4077 D-XXIII-96 Budae 4. II. 1513. Mon. Zg. III 122, nr. 104.

4078 D-XVIII-87 Crisii (?) 6. II. 1513. Emericus de Peren, palatinus et banus, sententiam fert, qua Andreas Dwdych, capitaneus castri Krapina, a Georgio, marchione Brandenburgiensi, eiusque uxore Beatrice de Frangepanibus constitutus, de vi Dorotheae, viduae Bernaldi, filii Joannis Verych, illata accusatus, »50 se nobilibus« 6. II. 1514. in ecclesia s. Crucis Crisii iureiurando se purgare debet. Tr. 14. II. 1571.

4079 D-XXIII-97 Crisii 7. II. 1513. Emericus de Peren, palatinus et banus, capitulo Zagrabiensi praecipit, ut ad rogatum Mathiae Pwtych de Rakonok Georgium, marchionem Brandenburgiensem, et Petrum Pan, castellanum eius in Rakonok, de rapina et vi in possesionibus exponentis Golywerh et Dworyschya illata accusatos, denuo inquirat. Or.

4080 D-XXIII-98 Crisii 10. II. 1513. Emericus de Peren, palatinus et banus, capitulo Chasmensi, ut sententias contra Barbaram, viduam despoti Wok, ad Franciscum Berizlo, alterum maritum eiusdem, iuxta querelam Georgii Castellanffy de Zenthlelek condenscensas exequatur. Or. S.

4081 D-XXIII-99 Zagrabiae 13. II. 1513. Emericus de Peren, palatinus et banus, in causa Ludovici de Pezer contra Bernardinum, comitem de Frangepanibus, eisque filios litteras capituli Zagrabiensis de criminibus a Bernardino commissis 4. I. 1513. editas transumit. Or. S.

4082 D-XXIII-100 Jagrabiae 15. II. 1513. Emericus de Peren, palatinus et banus, in causa Balthasaris de Alap contra Bernardinum, comitem de Frangepanibus, eiusque filios litteras capituli Zagrabiensis de criminibus a Bernardino commissis 4. I. 1513, editas transumit. Or. S .

4083 D-XXIII-101 Albae 16. II. 1513. Conventus cruciferorum domus hospitalis ecclesiae s. Stephani regis de Alba, de mandato Wladislai regis litteris 6. XII. 1512. dato Ludovicum de Pekewr in dominium castri ac oppidi Oztherez aliarumque possessionum titulo pignoris eos concernentium nemine contradicente introducit. Or.

4084 D-XI-88 Zagrabiae 17. II. 1513. Comes Emericus de Peren, palatinus et banus, a Laurentio, Iohanne, Georgio, filiis Gregorii de Bradach de Ladomercz, qui a Sophia, vidua Stephani Hennyngh de Zomzedwar, uxore Mathiae comitis de Frangepanibus, in causam attracti sunt, rogatus transumit:
sententiam Petri Gereb de Hungarch, iudicis curiae regiae, Budae 20. X. 1498. emanatam, deinde litteras bani Ladislai de Egervara Zagrabiae 13. II. 1493, datas, quae continent: litteras Zagrabiae 17. XI. 1447 datas, quibus Andreas de Bystrycha suas possessiones Nicolao Hennyngh donat; litteras Johannis Huniad in Zalonkemen 26. III. 1451. datas, quibus eam donationem confirmat; litteras capituli Chasmensis 15. II. 1456. de statutione Nicolai Hennyngh; prohibitiones contra Fridericum, Ciliae comitem, qui Bystrycham vi occupavit; litteras capituli Zagrabiensis 13. III. 1453. et capituli Chasmensis dd. 14 VI. 1455. contra eos, qui eam possessionem comparaverunt; litteras palatini Ladislai de Gara Budae 6. III. 1457. datas, capituli Chasmensis 27. I. 1464. et 6. XII. 1471. ac Zagrabiensis 28. I. 1464. et 7. XII. 1471. de prohibitione introductionis emanatas; deinde mandatum Ladislai regis dd. 26. I. 1493. quo causa ad curiam regiam transfertur.

4085 D-XXII-85 Zagrabiae 17. II. 1513. Banus Emericus de Peren. coram quo Caspar Kyssewych Beatricem de Frangapanibus et Georgium Benkoych de violenta occupatione possessionis Egywdowez reos fecit, hunc documenta scripta exhibere iubet. Tr. 19. I. 1579.

4086 D-XXIII-102 Zagrabiae 17. II. 1513. Emericus de Peren, palatinus et banus, in congregatione generali comitatus Zagrabiensis, cum Margareta, uxor Johannis Banffy de Also Lindwa, dotem ac res parafernales a Sophia, vidua Andreae, fratris sui, nunc autem uxore Johannis comitis de Frangapanibus, repeteret, confirmat Sophiam respondisse ea omnia partem suam esse. Or.

4087 D-XXIII-104 Zagrabiae 19. II. 1513. Emerici de Peren, palatini et bani, sententia contra Bernardinum, comitem de Frangapanibus, eiusque filios et Mar-

tinum Dragachych, castellanum castri Zkrad, a Balthasare Alap accusatos, quod castrum suum Bosyako »more hostili« occupatum et combustum possessionemque Capelysthyan appropriaverint; rei cum id negent, condemnantur, ut ducentesimo quinquagesimo se nobilibus coram capitulo Zagrabiensi iuramento se purgent. Or.

4088 D-XXIII-105 [Zagrabiae] 8. III. 1513. Johannes de Prydryho castrum Ozthercz et possessiones suas Repno, Felsewbathyna, Bwkowcz etc. Elenae, uxori suae et post illam patri eiusdem Lodovico Pekewr et filiis eius testamento coram capitulo Zagrabiensi legat. Or. P.

4089 D-XXIII-129 Budae 14. III. 1513. Wladislaus rex capitulo Zagrabiensi mandat, ut magistrum Eliam de Bucha, Nicolaum Spissich de Jappra et Georgium Pyzach de Bodinicza in dominium possessionum Dedyn et Trebchiche (com. Zagr.) introducat. Sequitur nota de introductione 21. IX. 1513. facta. Tr. 12. VIII. 1771.

4090 D-XXIII-106 [Chasmae] 22. III. 1513. Magister Andreas Budor de Budrowcz Johannem, filium qd. Georgii Thompa de Horzowa seu de Themerye, iuridice prohibet, ne possessiones Philippowcz cum curia, Iwanowcz et Blathcze Ladislao Benchych de Bakwa obliget, cum suum ius potius sit. Or.

4091 D-XXIII-107 Budae 31. III. 1513. Nicolaus de Herend, thesaurarius regis, 200 florenos a Johanne Horwath de Wyngarth sibi mutuum datos ad 24. VI. 1513. se rediturum esse promittit. Or.

4092 D-XXIII-108 [Chasmae] 21. IV. 1513. Sententia excommunicationis a Laurentio doctore et Matheo, custode ecclesiae s. Spiritus, iudicibus s. sedis delegatis, lata contra modernum praeceptorem et fratres domus de Chernomel in Methlyka ordinis cruciferorum, qui decimam capitulo Zagrabiensi denegaverunt. Or.

4093 D-XXIII-110 Crisii 25. IV. 1513. Emericus de Peren, palatinus et banus, ad rogatum Andreae Budor de Bwdrowcz capitulo Chasmensi praecipit, ut metas in possessionibus Bwdrowcz, Wezwlowcz, Pethak et Alsochapalowcz erigat. Tr. 5. VI. 1513.

4094 D-XXIII-111 In Wyssegrad 30. IV. 1513. Wladislaus rex capitulo Chasmensi mandat, ut Andream Budor de Bwdrowcz in dominium iuris regii in possessionibus Philippowcz, Iwanowcz, Blathcza introducat. Tr. 8. VI. 1513.

4095 D-XXIII-109 In Zenthgergh prope Kanysam 3. V. 1513. Johannes Banffy de Also-Lindwa, cubicularius regis et comes perpetuus comitatus de Werewche, cuius mater Margareta mortuo marito Johanni Ernusth de Chakthornya nupserat, hunc quitum et expeditum dicit, quia bona et res privigni restituit. Or.

4096 D-XXXIII-11 [Chasmae] 9. V. 1513. Capitulum Chasmense Emerico de Peren, bano et palatino, nuntiat, cum Nicolaum de Gothalowcz in dominium possessionum Ozthoywerth, Pozyherbeth, Naghom, Proslewecz, Hruschynzkywerh et Pomeryanowcz introducere conatum esset, se a Francisco et Thoma Pethew de Gerse vi impeditum esse. Tr. 13. II. 1517.

4097 D-XXIII-127 Budae 26. V. 1513. Wladislaus rex capitulo Zagrabiensi mandat, ut Nicolaum de Frangapanibus eiusque uxorem Elisabetham in dominium castri Zamobor introducat. Ex nota capituli apparet huic introductioni Helenam, viduam Georgii de Thury, contradixisse. Tr. 24. VI. 1614.

4098 D-XXIII-110 [Chasmae] 5. V. 1513. Capitulum Chasmense Emerico de Peren, palatino et bano, nutiat reambulationem et erectionem metarum, quam banus litteris Crisii 25. IV. 1513. datis in possessionibus Andreae de Bwdor a parte

possessionis Alsochapalowcz, quae Johanni Ernusth de Chakthornya est, fieri iussit, perfici non potuisse Johanne Ernusth contradicente, quare eum in ius vocatum esse. Or.

4099 D-XXIII-113 In Lwkawecz 6. VI. 1513. Mon. Tur. II 327, nr. 209.

4100 D-XXIII-111 8. VI. 1513. [Chasmae] Capitulum Chasmense Emerico de Peren, palatino et bano, nuntiat, cum Andream Budor de Bwdrowcz in dominium iuris regii in possessionibus Philippowcz, Iwanowcz, Blatheza iuxta mandatum Wladislai regis dd. 30. IV. 1513. introducere voluerit, ei stationi Ladislaum Benchych, Balthasarem et Gasparum, filios Sophiae, viduae Demetrii de Mylethyncz, contradixisse, quare eos in ius vocatos esse. Or.

4101 D-LIII-130 [Zagrabiae] 18. VI. 1513. Capitulum Zagrabiense a Wladislao rege 30. V. 1510. iussum Nicolaum de Frangapanibus in dominium castri Zomzedwara introducit. Tr. 24. VI. 1614.

4102 D-XXIII-112 In Lukavecz 4. VII. 1513. Mon. Tur. II 328, nr. 210.

4103 Sermag. IX [Zagrabiae] 8. VII. 1513. Marcus Stepesich de Superiore Volavlia domum et quasdam terras in eadem possessione Georgio Martinkovich coram capitulo Zagrabiensi 14 flor. Hung. vendit. Tr. 20. XI. 1775.

4104 D-XXIII-114 In Pekrecz 11. VII. 1513. Emericus de Peren, palatinus et banus, vicebano Balthasari de Batthyan praecipit, ut statim inquirat, num Petrus et Aloysius Dyachych et Petrus Horwathonowych de Dyakowyna possessiones Michaelis Raczowich de Leschan Alberthowyna et Jakowyna vi occupaverint. Or. S.

4105 D-XXIII-115 [Zagrabiae] 13. VII. 1513. Capitulum Zagrabiense bano et palatino Emerico de Peren nuntiat, cum ab eo iussum Sophiam, viduam Andreae Hennyngh de Zomzedwara, nunc uxorem Mathiae comitis de Frangepanibus, in dominium possessionis Byzthryeza reducere voluisset, Gallum de Zenth-Myhal cum quodam czygano et aliis hominibus mandato Laurentii, Stephanni, Georgii et Emerici Bradach de Ladomercz in hominem bani et capituli ad eam restitutionem faciendam missos impetum fecisse et eos depulisse. Or.

4106 I d 12, elen. IV p. 40 In Selnyak VII. 1513. Frusina, vidua Georgii Kastellanffy, et Ladislaus Eus compositionem de bonis in Hungaria sitis coram palatino ineunt. Regestum.

4107 I d 12, elen. IV p. 40 [Chasmae] VIII. 1513. Frusina, vidua Georgii Kastellanffy, 120 florenos pro domibus Pauli et Michaelis, civium oppidi Dombro, a suo marito combustis deponit. Regestum.

4108 DV-2-30 Hyadrae 3. IX 1513. Joannes Minotus, comes Hyadrae, praeceptum, quo magistro Antizae lapicidae mandatum est, ne Joannem Antonii de Erdina in vineis in insula Lucorani sitis, de quibus lis vertitur, amplius impediret, annullat. Or. P.

4109 DV-II-31 Sibenici 6. IX. 1513. Regimen Sibenici Francisco Muinich mandat, ut expensas in causa contra Laurentium de Ciuallellis, commissarium testamenti qd. Joannis Missich, de legato 100 ducatorum factas solvat. Or. cum signo not. P.

4110 D-XXIII-116 Budae 10. XII. 1513. Wladislaus rex ad rogatum Bernaldi, groff de Modrussa, et Martini Dragachych, qui Balthasarem de Alap et Lodovicum Pewkry de vi saepe sibi illata reos fecerunt, capitulum Chasmense in eos inquirere et in ius vocare iubet. Or. S.

4111 D-XXIII-116 Budae 10. XII. 1513. Wladislaus rex ad rogatum Bernaldi, groff de Modrussa, et Martini Dragachych, qui Balthasarem de Alap et Lodovicum Pewkry de vi saepe sibi illata reos fecerunt, capitulum Chasmense in eos inquirere et in ius vocare iubet. Or. S.

4112 D-XXIII-117 Zagrabiae 11. XII. 1513. Petrus Beryzlo, episcopus Wesprimiensis et banus, capitulum Zagrabiense inquirere iubet, num Johannes de Thah, consobrinus qd. Bartholomei, prioris Auranae, castellum Zwynnyeza in comitatu Zagrabiensi a Christophoro de Pernya occupaverit. Tr. 26. XII. 1513.

4113 Privil 112 Budae 20. XII 1513. Kuk. Iura reg. I 262, nr. 175.

4114 Privil 113 Budae 20. XII. 1513. Idem argumentum ac sub Privil. 112.

4115 Privil 114 Budae 20. XII. 1513. Kuk. Iura reg. I 263, nr. 176.

4116 D-XXIII-117 [Zagrabiae] 26. XII. 1513. Capitulum Zagrabiense Petro Beryzlo, episcopo Wesprimiensi et bano, nuntiat ex inquisitione a bano 11. XII. 1513. iussa contra Johannem de Thah a Christophoro de Pernya de violenta occupatione possessionis Zwynnyeza accusatum, 21. XII. 1513. acta constare accusationem veram esse, quare reum in ius vocatum esse. Or.

4117 Sermag. XLVI, elen. IV 1513. Nicolaus de Keresztur coram Emerico de Peren palatino fatetur Joannem de Gyula sibi 100 florenos auri restituisse. Regestum.

4118 XX -2/11 (elen. I), nr. 587 1513. Clara, vidua Michaelis de Mylethincz, eiusque liberi et gener Georgius Zekel alienationem suarum possessionum in comitatu Crisiensi iuridice prohibent. Regestum.

4119 I d 170 sub K [Chasmae] 1513. Petrus Balsa, dux s. Sabae, coram capitulo Chasmensi contra occupationem castri Kis-Kemlek intercedit. Regestum.

4120 D-XXI-110 Inter a. 1503. et 1513. Antonius, plebanus ecclesiae s. Trinitatis, ab abbate s. Salvatoris de Kapornok et Venceslao, cantore et canonico ecclesiae Castri Ferrei, iudicibus a papa Julio II delegatis, in consistorio Castri Ferrei excommunicatur, quod absolutione apostolica neglecta quosdam iobagiones extra coemeterium sepeliri fecit et divina officia die natali domini et aliis diebus festis extra ecclesiam parochialem celebravit. Or.

4121 I d 170 sub K 1513. Georgius, marchio Brandenburgiensis, Gertrudam, viduam Vaispacher, admonet, ut summam e bonis Kostel provenientem levet. Regestum.

4122 I d 170 sub K 1513. Georgius, marchio Brandenburgiensis, Gertrudam, viduam Ulrici Vaispacher, a venditione castri Kostel iuridice prohibet. Regestum.

4123 D-XXIV-2 Budae 12. I. 1514. Wladislaus rex Albertum Lonyay adhortatur, ut oppidum Mezewkewsd a Frusina, vidua Georgii Castellanffy, impignoratum et ab eo iniuste occupatum remittat. Or.

4124 D-XVII-87 [Zagrabiae] 20. I. 1514. Capitulum Zagrabiense bano Petro Beryzlo, episcopo Wesprimiensi, post inquisitionem factam nuntiat Andream Dwdych contra Bernaldum Verych multas rapinas et violentias revera fecisse. Tr. 14. II. 1571.

4125 D-XXIV-3 Budae 20. I. 1514. Wladislaus rex Lucam, filium qd. Jacobi Sekel de Kewend, cum puer adhuc sit, in ius vocari vetat. Or.

4126 D-XXIV-4 Chasmae 20. I. 1514. Laurentius, canonicus et locumtenens Chasmensis, et Martinus Antonii de Chasma, clericus Zagrabiensis et notarius publicus,

confirmant petitionem Gregorii, Valentini, Ursulae Perchych de Gothalocz et aliorum, qua a Leone X papa varias indulgentias petunt. Or. cum signo not. P.

4127 D-XXIV-111 Crisii 29. I. 1514. Ladislaus Beneczyk de Czyrquennyk ab una et Johannes Thompa de Horzowa ab altera parte coram bano Petro de Beryzlo concordiam ineunt, qua Ladislaus, si prolem non habuerit, possessiones Phylyppowcz, Iwanowcz, Blaccza seu Bogarassowcz et Mathewsowcz (com. Cris.) Johanni donat. Tr. 3. VI. 1523.

4128 D-XXIV-6 Crissi 30. I. 1514. Ludovicus de Peker, Georgius Mykwlasych de Palychna, Petrus Fyntych de Polyana et ceteri arbitri in causa Petri Laczoych de Bocchyncz contra Stephanum de Gwdowcz in congregatione regnicolarum Crisii sententiam dicunt, qua reus litteras possessionarias Petrum Laczoych concernentes una cum quadam portione in possessione Pwngrachcz et quasdam sessiones in utraque Oresya 60 flor. actori pignori obligatas, remittere debet. Or.

4129 D-XXIV-10 Crisii 30. I. 1514. Petrus Berizlo, episcopus Wesprimiensis et banus, capitulo Chasmensi praecipit, ut in causa Petri de Konzka contra Stephanum de Gwdowcz de appropriatione possessionum Pongrachewcz et Wrasya Goryeza necnon terragii retentione accusatum inquisitionem faciat. Tr. 12. II. 1514.

4130 I d 12, elen. IV p. 40 Crisii I. 1514. Franciscus Petheö castellanum de Bela iuridice prohibet, ne silva et iure montis Joannis de Gothalovecz utatur. Regestum.

4131 D-XXIV-7 Crisii 2. II. 1514. Andreas Bwdor de Bwdrowcz et Georgius litteratus de Gregoryancz promittunt se invicem in causis adiuturos et bona, quae a rege impetraverint, divisuros esse. Or.

4132 D-XXIV-8 [Zagrabiae] 7. II. 1514. Balthasar de Alap Mathiam, comitem de Frangepanibus, eiusque uxorem Sophiam Thwz et Gasparem Kyssewych de Lompnycza ab omnibus causis contra eos 13. I. 1513. a se motis coram capitulo Zagrabiensi absolutos reddit. Or.

4133 D-XXIV-9 [Zagrabiae] 8. II. 1514. Gregorius Dymynethych de Zamlachya, castellanus de Rokonok, Mathiam, comitem de Frangepanibus, coram capitulo Zagrabiensi »omnibus causis, commissionibus et iuramentalium depositionibus contra eos pro parte sui obtentis« absolutum reddit. Or.

4134 D-XXIV-10 [Chasmae] 12. II. 1514. Capitulum Chasmense Petro Berizlo, bano et episcopo Wesprimiensi, nuntiat ex inquisitione litteris eius dd. 30. I. 1514. iussa apparere Stephanum de Gwdowcz, filium Petri, possessiones Petri de Konzka vi occupavisse, quare reum monuisse, ut iniurias emendaret. Or.

4135 D-XXIV-11 Budae 22. IV. 1514. Wladislaus rex Petro Beryzlo bano ac vicebanis mandat, ne nobiles de campo Zagrabiensi »a potentioribus« turbari patiantur, atque ut eis territoria violenter occupata restituantur. Or.

4136 D-XXIV-12 Varasdini 20. V. 1514. Bernardus de Thwrocz comes et iudices nobilium comitatus Warasdiensis testantur ex inquisitione ad rogatum religiosorum claustri in Lepoglava, qui Johannem de Gywla de rapina vini iobagioni Gallo Gyurychewych in possessione exponentium Zoztrowecz accusaverunt, facta apparere querelam veram esse. Or.

4137 D-XXIV-13 [Chasmae] 16. VI. 1514. Elizabeth et Anna, filiae Stephani de Gwdowcz, coram capitulo Chasmensi intercessionem faciunt contra Stephanum, patrem, ne vendat, contra Petrum Laczoych de Bocchyncz, ne emat, contra Wladislaum regem, ne conferat quasdam sessiones in utraque Oresya (com. Cris.). Or.

4138 D-XXIV-14 [Zagrabiae] 19. VI. 1514. *Petrus Berizlo banus capitulo Zagrabiensi mandat, ut Thomam Hiriachich de Kuzinschak, praedialem et provisorem curiae Bosyako, in dominium possessionum* Adamoucz, Iahazoucz, Glavnicha et quarundam sessionum iobagionalium introducat. Tr. 26. VIII. 1650.

4139 D-XXIII-118 [Zagrabiae] 21. IX. 1514. Capitulum Zagrabiense sententiam de divortio inter Dyonysium de Meghlich et uxorem eius Dorotheam de Sabnycza Szent-Iwan confirmat. Or. S.

4140 DV-II-32 Phari 30. X. 1514. Coram Johanne Baltii de Lucis, cancellario et iudice Pharensi, Petronilla, vidua Thomae Paladini, terram Draceuiza in Civitate vetere Johanni Peruinouich de Civitate vetere duobus annis pastinandum sub quibusdam obligationibus tradit. Or. cum signo not. P.

4141 DC II -1 Sužani pod Dobrinem 8. XI. 1514. Villici in Sužane confraternitatem omnium sanctorum fundant et ecclesiam eiusdem nominis suis expensis construunt. Cop. rec. ex glagolitico.

4142 I d 12, elen., VII p. 1 Varasdini 28. XI. 1514. Privilegium Georgii, marchionis Brandenburgiensis, Martino Taglich in villa Labonsko ob fidelia servitia in castro Medved et castello Rakonog praestita concessum. Regestum.

4143 D-XXIV-116 Budae 29. XI. 1514. Vladislaus rex ad rogatum Bernardi Thompyth de Zechan, Thomae Farkasyth de Kryschych, Johannis Thompyth et Stephani Farkassyth litteras capituli Zagrebiensis dd. 23. I. 1509. de concordia inter eos facta, litteras dd. 6. II. 1509. eiusdem capituli de concordia inter eosdem fratres cum Catherina, uxore Benedicti de Bathyan, facta, in quibus de communi administratione bonorum Wranograch, Podzwyzd, Chawycza etc. agitur, transumit et confirmat. Cop. rec.

4144 D-XXIV-15 Crisii 4. XII. 1514. Petrus Beryzlo banus capitulo Chasmensi mandat, ut Johannem de Thah et Gregorium, rectorem capellae b. Ladislai regis, admoneat, ut particulam terrae, quam pater Andreae Budor de Bwdrowcza claustro in Gorbonok pignori obligavit, accepta summa pignorationis Andreae restituant, alioquin reos in ius evocet. Tr. 31. I. 1515.

4145 I d 170 sub K 1514. Wolfgangus Pilsperger in dominio castrorum Krapina et Kostel ac ceterorum bonorum qd. Georgii comitis de Zagoria, qui sine prole defunctus est, statuitur, cui statutioni complures contradixerunt. Regestum.

4146 I d 170 sub S 1514. Georgius Razina et Dorothea, vidua Therek, ab una parte, ab altera vero Paulus Kerecseni pactum de successione bonorum Sabnicza Sz. Iwan ineunt. Regestum.

4147 D-XXIV-14 [Zagrabiae] 10. I. 1515. Georgius et Stephanus Bradach de Radomercz *concordiam coram capitulo Zagrabiensi inuent, qua in divisione bonorum* suorum Byzthrycza, Radomercz etc. controversias per 5 probos viros componunt, quorum arbitrium, *quae pars non acceperit*, 100 *florenis* parti observanti et 100 flor. vicebanis et comiti solvendis multetur. Or.

4148 Jelačić XXV, libellus [Chasmae] 10. I. 1515. Margaretha, vidua Petri Bottkay de Raszina, coram capitulo Chasmensi testatur Franciscum Keczer de Radwan eiusque uxorem Dorotheam sibi 25 florenos auri reddidisse. Tr. 10. VI. 1760.

4149 D-XXIV-115 Budae 12. I. 1515. Wladislaus rex capitulo Zagrabiensi mandat, ut Eliam de Bwcha, Joannem Weykewych, Bartholomeum de Bwcha et Nicolaum Spissich de Jappra in dominium possessionum qd. Petri Franchich de Klokoch, quae ob defectum feminis ad regem devolutae fuut, introducat. Tr. 12. VIII. 1771.

4150 D-XXIV-15 [Chasmae] 31. I. 1515. Capitulum Chasmense Petro Beryzlo, episcopo Wesprimiensi et bano, nuntiat se iuxta eius mandatum dd. 4. XII. 1514. Johannem Thah et Gregorium, rectorem capellae b. Ladislai regis, admonuisse. Or.

4151 DV-II-33 Sibenici 1. II. 1515. Franciscus Diuinich, procurator Margaritae, uxoris suae, ac Perinae et Mariae, sororum Margaritae, filiarum qd. Michaelis Missich et heredum Joannis Missich, earum patrui, Georgio Marco omnes proventus terrenorum et duorum torculorum olei per 12 annos ducatis 8 quotannis in duobus terminis solvendis locat. Or. P.

4152 D-XXIV-16 [Zagrabiae] 8. II. 1515. Petrus Wragoych de Maryassowcz ac filii et cognati eius Benedictum Rathkay de Ratka et Thomam Petew de Gerse de violenta occupatione silvae Czerye in districtu Belae coram capitulo Zagrabiensi accusant. Or.

4153 D-XXIV-17 [Chasmae] 9. II. 1515. Stephanus de Gwdowcz portionem in Aladaryowcz Lodovico de Pekker 150 florenis usque ad 24. II. 1515. redimendam coram capitulo Chasmensi pignori obligat; si autem obligatio post hunc terminum perduraverit, possessio Plawnycza-Zenth Benedek eadem summa pro pignore valebit. Or.

4154 D-XXIV-18 Budae 6. III. 1515. Mon. Zg. III 128, nr. 109.

4155 D-XXIV-19 Crisii 6. III. 1515. Balthasar, litteratus Chasmensis, Michaeli, canonico Zagrabiensi scribit, ut sibi litteras, quibus castra Zkrad et Oztrosyn Catharinae et Margarethae Bewenyud de Zkrad statuta sunt, remittat, alioquin se illa castra amissurum esse. Or.

4156 D-XXIV-33 In Monozlo 12. III. 1515. Petrus, comes de S. Georgio et de Bozyn, iudex curiae regiae, capitulo Chasmensi mandat, ut Andream et Michaelem Budor de Bwdrowcz in dominium possessionum Felsew- et Also Chapalowcz introducat. Tr. 1515.

4157 D-XXIV-20 [Chasmae] 22. III. 1515. Christophorus et Michael Bwdor de Budrowcz iure Andreae Budor in quandam paludem in possessione Budrowcz agnito coram capitulo Chasmensi concordiam componunt, qua eam Andreae restituunt. Or.

4158 D-XXXVIII-8 In Novi 25. III. 1515. Simon, episcopus Modrussiensis, Gasparem Lourencich, parochum Terrae Fluminis Polensis dioecesis, ob eius merita quibuscumque censuris ecclesiasticis absolutum dicit beneficiaque cum cura et sine cura sub eodem titulo obtinenda, incompatibilibus exclusis, confert.
Addita est nota litteris Glagoliticis Petri, comitis Zrinski, qua Francyscum Kukulević, ducem suarum copiarum, quibusdam possessionibus donat. Cop. rec.

4159 Privil 116 Posonii 19. IV. 1515. Kuk. Iura reg. I 265, nr. 178.

4160 DV-II-34 Jadrae 20. IV. 1515. Gregorius Victurinus et Antonius Mirchouich, canonici Jadrenses et commissarii apostolici, iuxta mandatum Simonis Benia, episcopi Modrussiensis et vicedelegati Croatiae et Dalmatiae, permutationem tertiae partis domus monialium monasterii s. Demetrii ordinis s. Dominici Jadrensis prope s. Laurentium positae, quae a monialibus s. Nicolai et a filiis qd. Tetrici de Tetricis indivisa fuit, factam 2. III. 1514. coram Jacobo Gallello, comitis consiliario, cum alia domo Francisci Tetrici eiusque fratrum ad campum s. Lucae sita, approbant. Or. cum signo not. P.

4161 Privil. 117 Posonii 21. IV. 1515. Wladislaus rex Petrum Berizlo, episcopum Wesprimiensem et regnorum Dalmatiae, Croatiae et Sclavoniae banum, ad generalem congregationem regni mittit. Cop. vid. 1833.

4162 D-XXIV-21 Modrussiae 4. VI. 1515. S. episcopus Modrusiensis notum facit se iam denuo archidiacono praecepisse, ut capitulum Modrusiense Nicolaum de Vitis in possessionem archipresbyteratus introduceret. Cop. moderna.

4163 IV d 49–29 Posonii 7. VI. 1515. Wladislaus rex donationi quarundam sessionum in Crisiensi et Zagrabiensi comitatu, quas Georgius, marchio Brandenburgiensis, eius nepos, et huius uxor Beatrix Gregorio Dmitretich contulerunt, iure regio addito assentit capituloque Zagrabiensi praecipit, ut Gregorium in dominium *earum sessionum* introducat. Copia transumpti 17. VII. 1515.

4164 D-XXIV-22 [Chasmae] 26. VI. 1515. Fabianus, filius qd. Mathei Therek qd. Fabiani de Sabnycza–Zenth–Iwan, septem sessiones iobagionales cum silva et dimidia parte theloneі et terris Plezzo vocatis Paulo et Georgio, filiis qd. Georgii Kerecheny de Kanyafewld, 130 florenis pignori obligat. Simul coram capitulo Chasmensi litterae de dimidio theloneo 31 florenis pignori qd. Georgio Kerecheny datae cassae declarantur. Or.

4165 D-XXIV-23 [Chasmae] 26. VI. 1515. Alterum exemplar documenti sub D-XXIV-22.

4166 D-XXIV-24 [Chasmae] 26. VI. 1515. Georgius de Razyna, canonicus Zagrabiensis, et Dorothea, vidua Mathiae Therek de Sabnyza–Zenth Iwan eiusque filius Fabianus ab una et Paulus, filius qd. Georgii Kerecheny de Kanyafewld, ab altera parte coram capitulo Chasmensi concordiam ineunt, qua res possessionarias ordinant, controversias vero, si quae forte extiterint, per banum aut vicebanum nullo iudiciario processu praehabito componendae sint. Or.

4167 I d 12, elen. IV p. 41 VI. 1515. Inquisitio contra Nicolaum Akocii de Zentlelek, castellanum Clarae, viduae Georgii de Kanisa, quos Frusina, vidua Georgii Kastellanffy, de molendino in Ervencze (com. Cris.) everso reos fecit. Regestum.

4168 D-XXIV-25 Crisii 17. VII. 1515. Balthasar de Alap et Balthasar de Batthan, vicebani, ac iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Frusinae, viduae Georgii Kastellanffy de Zenthlelek, eiusque filiorum, qui Claram, viduam Georgii de Kaniza, de vi suo familiari illata accusaverunt, 11. VII. 1515. facta apparere querelam veram esse. Or.

4169 IV d 49–28 [Zagrabiae] 17. VII. 1515. Capitulum Zagrabiense a Wladislao rege litteris dd. 7. VI. 1515. iussum Gregorium Dmitretich in dominio quarundam sessionum ei a Georgio, marchione Brandenburgiensi, donatarum, postquam contradictionem suam Barnabas Thoplych nomine Conradi Pechinger, capitanei castri Medvevar, expressam revocavit, statuit. Cop.

4170 D-XXIII-119 Crisii 19. VII. 1515. Balthasar de Alap et alter Balthasar de Bathyan, vicebani, et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisione ad rogatum Frusinae, viduae Georgii Kastellanffy de Zenthlelek, eiusque filiorum facta apparere Petrum Belianecz iobagionem exponentium a Georgio Chocon mulcatum esse. Or.

4171 D-XXIV-26 Crisii 22. VII. 1515. Balthasar de Alap et Balthasar de Bathan, vicebani, et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Frusinae, viduae Georgii Castellanffy de Zenthlelek, eiusque filiorum, qui Nicolaum Akaci de Zenthlelek de rapina foeni et foenilis exponentium in Kopozowecz accusaverunt, 15. III. 1515. facta apparere querelam veram esse. Or.

4172 D-XXIV-27 Crisii 24. VII. 1515. Balthasar de Alap et Balthasar de Bathyan, vicebani, et iudices nobilium comitatus Crisiensis testantur ex inquisitione ad

rogatum Frusinae, viduae Georgii Castellanffy de Zenthlelek, eiusque filiorum facta apparere quandam portionem in Rosechnyk, quam exponentes hereditate consecuti erant, a Katherina vidua et Georgio, filio Michaelis Kerbuyewych de Kerbuyewyna, vi occupatam esse. Or.

4173 D-XXIV-28 Crisii 29. VII. 1515. Balthasar de Alap et Balthasar de Bathyan, vicebani, et iudices nobilium comitatus Crisiensisi testantur ex inquisitione ad rogatum Frusinae, viduae Georgii Castellanffy de Zenthlelek, eiusque filiorum facta apparere Georgium Kelthowych, exponentis iobagionem, ante sex annos a hominibus Nicolai Akaci de Zenthlelek occisum esse. Or.

4174 D-XXIV-29 Budae 18. IX. 1515. Wladislaus rex Laurentio Bradach de Lodomercz, cubiculario de se bene merito, possessiones et curiam Punekowchyna in possessione Pethrowecz, quae ob defectum seminis Johannis Crobachych de Punekowcz (com. Cris.) ad regem devolutae sunt, donat. Or. S.

4175 D-XXIII-80 Budae 22. X. 1515. Wladislaus rex a magistro Elia Dragessich de Bucsa et de Mikssincz, conservatore cancellariae regiae, rogatus transumit et confirmat: suas litteras Budae 2. VII. 1506. datas, quibus eidem Eliae et Nicolao Spissich portiones in possessione Mikssinz nova donatione addito iure regio confert; deinde litteras capituli Zagrabiensis 16. III. 1507. datas de introductione eorum in illud dominium. 2 cop. vid.

4176 D-XXIV-30 Budae 22. X. 1515. Wladislaus rex ad rogatum magistri Eliae de Bucha edit privilegium de donatione et statutione possessionis Miksincz ei eiusque sorori Dorotheae et huius marito Nicolao Spissich de Jappra. Cop. saec. XVIII.

4177 D-XXIV In Złobothyna 1. XI. 1515. Banus Petrus Beryzlo Petro Rebrowych, qui contra Turcas strenue pugnavit, desertum praedium Otthynyacz donat. Tr. 21. IX. 1518.

4178 DV-II-35 Jadrae 3. XI. 1515. Joannes Minotus, comes Jadrae, ad petitionem Constantini Constanti nomine heredum Marci Yandrina statuit, ut Franciscus de Fumatis tantum oleum, quantum in depositione habet, prout Simon Socotich, iudex Bagni, retulerit, petitori consignet. Or. P.

4179 D-XXIV-31 Strigonii 12. XI. 1515. Thomas, archiepiscopus Strigoniensis et cardinalis — legatus, Georgium de Madaras, rectorem ecclesiae parochialis s. Georgii de Rakonok, qui rectorem hospitalis Bachiensis fere necavit, ab irregularitate dispensat. Or. P.

4180 D-XXIV-68 In Wrathyssyncz 16. XII. 1515. Petrus Beryzlo banus capitulo Chasmensi mandat, ut in causa Nicolai, Michaelis et Katherinae de iure quartaliciii matris eorum qd. Dorotheae, uxoris Gregorii Horwath, contra Laurentium, Stephanum, Johannem et Georgium Bradach, filios Georgii Bradach, mota inquisitionem faciat et documenta scripta de eo agentia pro actoribus exigat. Tr. 18. II. 1517.

4181 D-XXIV-35 In Wratyssyncz 20. XII. 1515. Petrus Beryzlo, episcopus Wespriensis et banus, capitulum Zagrabiense inquirere iubet, num Petrus Erdewdy de Monozlo bona Mathiae, comitis de Frangapanibus, eiusque uxoris Sophiae Thuz de Lak in possessione Rwcha vi occupaverit. Tr. 2. I. 1516.

4182 D-XXIV-34 In Wratyssyncz 21. XII. 1515. Petrus Beryzlo, episcopus Wespriensis ac banus, capitulum Zagrabiense inquirere iubet, num Balthasar de Alap bona Mathiae, comitis de Frangapanibus, in possessione Bwna in districtu castelli Wokowyna vi occupaverit. Tr. 2. I. 1516.

4183 D-XXIV-68 [Chasmae] 30. XII. 1515. Capitulum Chasmense bano Petro Beryzlo nuntiat se iuxta eius mandatum dd. 16. XII. 1515. filios Georgii Bradach admonuisse, ut ius quartalicii qd. Dorotheae, uxoris Gregorii Horwath, eius filiis redderent et omnes litteras de eo agentes actoribus rederent, sed reos id facere noluisse. Tr. 18. II. 1517.

4184 A-I-4 Budae 1515. Vladislus rex nobili Petro de Konzka arma confert. Or. P.

4185 D-XXIV-117 Budae 1515. Vladislaus rex Petro de Konzka concedit, ut paludes fluvii ... *extra metas possessionis eius* Zelnicze *Szenth-Damankos* (*com.* Varasd.) sitas et ob aggerum inopiam multa damna ac pericula inferentes exicari faciat pontesque extruat atque pro compensatione expensarum portorium a transeuntibus exigere possit. Or. mancum P.

4186 D-XXIV-33 [Chasmae] 1515. Capitulum Chasmense Petro Beryzlo bano nuntiat, cum a Petro, comite de S. Georgio et de Bozyn, iudice curiae regiae, litteris 12. III. 1515. datis iussum Andream et Michaelem Budor de Bwdrowcz in dominium possessionum Felsew — et Also Chapalowcz introducere voluisset, ei *introductioni Dorotheam, viduam Georgii Horwath*, contradixisse. Or. mancum.

4187 Sermag. XLVI, elen. IV Albae 1515. In causa Balthasaris de Batthyan contra Justinam et Sophiam, filias Nicolai de Batthyan, de bonis aviticis mota capitulum Albense ad mandatum Vladislai regis reas in ius evocat. Regestum.

4188 I d 12, elen. II p. 4. 1515. Capitulum Zagrabiense Georgium et Lucam Dminethich atque Georgium Kazachich consobrinos in dominium unius sessionis iobagionalis in Sturancza, dimidiae in Barthakovzko szelo et octo sessionum in Dvorische, Rakonog pertinentium eis a Georgio, marchione Brandenburgiensi, eiusque uxore Beatrice collatarum introducit. Regestum.

4189 D-XXIV-32 1515. Demetrius, praepositus ecclesiae b. Mariae de area capituli Zagrabiensis, contra collegium praebendariorum eiusdem ecclesiae agit de balneo penes fluvium Madwenycha et molendino, quae ab antiquo ad eam ecclesiam spectant. Ex actis causae. Or.

4190 IV d 49-29 Cca 1515. Banus Petrus Beryzlo, episcopus Wesprimiensis, capitulo Chasmensi praecipit, ut de invasione castri Zkrad et de rebus parafernalibus filiae Elizabeth, uxoris Nicolai Bewenyd, nunc vero Georgii Dyakii de Dyakowelgye, inquisitionem contra Bernaldum de Frangepanibus faciat. Tr. in responso ad hoc mandatum (lacerum).

4191 D-XXIV-34 [Zagrabiae] 2. I. 1516. Capitulum Zagrabiense Petro Beryzlo, episcopo Wesprimiensi et bano, nuntiat ex inquisitione a bano 21. XII. 1515. iussa apparere querelam Mathiae, *comitis de Frangepanibus*, contra Balthasarem de Alap veram esse, quare reum in ius evocatum esse. Or.

4192 D-XXIV-35 [Zagrabiae] 2. I. 1516. Capitulum Zagrabiense Petro Beryzlo, episcopo Wesprimiensi et bano, nuntiat ex inquisitione a bano 20. XII. 1515. iussa apparere querelam Mathiae, comitis de Frangepanibus, contra Petrum Erdewdy veram esse, quare reum in ius vocatum esse. Or.

4193 D-XXIV-36 [In Monte Grecensi] 4. I. 1516. Johannes freniparius eiusque uxor Katherina vineam suam in territorio civitatis Montis Grecensis sitam Blasio Sporar coram Emerico Mykwlych iudice ac iuratis eiusdem civitatis 13 flor. vendunt. Or. P.

4194 I d 12, elen. IV p. 41 Budae 7. I. 1516. Petrus Beryzlo banus possessiones prioratus Auranae Zent-Ivan Emerico Bradach de Ladomercz 400 florenis in curia regia pignori obligat. Regestum.

4195 D-XXIV-37 [Zagrabiae] 11. I. 1516. Johannes, Petrus, Georgius et Melchior, filii qd. Georgii Castellanffy de Zenthlelek, in capitulo Zagrabiensi intercessionem faciunt contra Wladislaum regem, ne donet, contra Mathiam de Bedenycza, canonicum Zagrabiebsem, ceterosque nobiles, ne emant quasdam portiones in possessione Bedenycza. Or.

4196 D-XXIV-39 Budae 5. III. 1516. Palatinus Emericus de Peren Lodovico de Peker, familiari suo, castrum Osztherez cum omnibus pertinentiis donat. Tr. 7. III. 1516.

4197 D-XXIV-38 Budae 6. III. 1516. Wladislaus rex testatur Ludovicum de Peker, qui ab Emerico de Peren palatino castrum Osztherez ac oppidum S. Martini sub eodem castro nec non quasdam possessiones in comitatu Warasdiensi sitas pro meritis sibi ac suis heredibus donatas accepit, donatori possessiones Predryho et Nekas (com. Cris.) contulisse. Or. P.

4198 D-XXIV-39 Budae 7. III. 1516. Wladislaus rex litteras palatini Emerici de Peren de donatione castri Oszterez 5. III. 1516. editas confirmat. Or. P.